



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III

2

A

23

NAPOLI

1. 8. 9

23

A. C. J.

EPISTOLAE

Diui Pauli Apostoli cum tri-
plici editione ad uerita-
tem græcam.



Fraser.

Manard.



**Passio Beati Pauli.
Epistola ad Laodicenses.
Scedule ad Senecam sex.**

**Non sine priuilegio, multa'q; pecuniaria, &
excōmunicationis pœna prout in mul-
tis nostris Priuilegijs continetur. 39.**

Alp. M. V.

FRATER DAMIANVS LORVS
Venetus Prædicatoriæ Familiæ Clarissimo
Oratori Veneto M. Antonio Contare
no apud CAROLVM Cæsar
rem Augustum. Felicitatem.

PECTATA mihi egregia indo
les à puero tua, quã feliciorẽ cum fa
miliæ Contarenę splendor, cum ma
iorum tuorum præclara in patriam
merita spondebant, sic me tibi sem
per obstrinxit, vt quem magis amarẽ ex tota no
bilitate vestra, esset præterea nullus. Accessit
quod ætatis progressu in Patauino gymnasio sic
omni cum ingenii, & studij, tum bonitatis, & be
neficentiæ laude efflorescere cœpisti, vt in hanc
diem viuat nominis memoria tui. Quæ laudes
tantum fauoris, & gratiæ tibi mox conciliarunt
apud tuos, vt post dignitates, honoresq; alios
egregie, innocenterq; gestos, legationis ad Cæsa
rem principem maximum longe grauissimę mu
nus vltro tibi ab amplis. Senatu demandatum
sit. in qua non dicam qua prudentia, qua graui
tate, qua dexteritate rem gesseris, vt Cæsar ipse
in Italiam ad nos rediens tua vnus opera
amplis. exceptus à principe Senatus sit per vni
uersam Carnorũ, Venetięq; oram. Illud certe ma
xime admirabile non tacebo, quem te Bononiæ
geras, vbi duo, Christianæ religionis lumina
Imperator, & Pontifex agant. vt quamuis Her
molai Barbari, Hieronymi Donati olim, recēsq;
Gasparis Contareni magna sit in hoc legatio
num obeundo genere laus, te tamen vnum o
mnes quartum hisce numero, virtute parem ad

* H

iungāt, à quo summę virtutis exempla, & certif-
sima documenta capi queant. est certe vt vere,
sic ex vitę vsu id celebrēdictum, egregiam vir-
tutem tantum enitescere, eas vires habere, vt
etiam quos de facie non noris, absenteis ames,
de'q; illis optime statim mereri aueas. ego an de
te bene meriturus sim recenti hac nūcupatione,
haud sanè dixerim. illud certe testabor, ab tuarū
virtutum admiratione profectum, vt & te pluri-
mum amem, & tibi maxime debere me cupiam.
genus certe suscepti à me operis vel nuda indi-
catura probari tibi poterit, vel q̄ totum Christia-
num, euangelicum'q; statim sit argumentum, vel
quod eo ordine, & diligentia à me primum cō-
paratum, vt nihil vel Momus accuset, vel q̄ ab
optimo proficiscitur animo, non solum vt te mi-
hi conciliem, verum etiam vt omnibus pie, syn-
cere'q; profim. Bene Vale.

LINI EPISCOPI DE PASSIO
 NE PAULI TRADITA EC
 CLESIIIS ORIENTALIVM
 ET DEINDE IN LA
 TINVM CON
 VERSA.



VM VENISSET
 Romam Lucas à Gala
 tia, & Titus à Dalmatia:
 expectauerunt Paulum
 in vrbe. quos cum ad
 ueniens Paulus, vidis
 set: lætatus est valde. &
 conduxit sibi extra urbē
 horreum publicum: vbi
 cum his & aliis fratribus
 de verbo vitæ tractaret. Cœpit interea colli
 gere multitudinem maximam. adiaceban
 turque per eum fidei, multæ animæ: ope
 rante dei gratia. ita vt per totam urbem
 sonus prædicationis & sanctitatis ipfius fieret:
 & exiret fama per vniuersam regionem de illo.
 Iam enim admodum innotuerat orbi Roma
 no signis, & prodigiis, & doctrina multa, atq;
 mirabili sanctitate. Concurfus quoq; multus
 de domo Cæsaris fiebat ad eum, credentium
 in dominum Iesum Christum: & augmentaba
 tur fidelibus gaudium magnum, & exultatio.
 Sed & institutor imperatoris adeo est illi amicu
 tia copulatus videns in eo diuinam scientiam:

L I N I E P I S C .

vt se à colloquio illius tēperare vix posset, quominus si ore ad os illum alloqui non valeret : frequentibus datis & acceptis epistolis, ipsius dulcedine & amicabili colloquio atq; consilio frueretur. & sic eius doctrina (augente spiritu sc̄to) multiplicabat & diligebat, vt Iticite iā doceret, & à multis libentissime audiretur. Disputabat siquidem cum Ethnicorum philosophis, & reuincebat eos. Vnde & plurimi eius magisterio manus dabant. Nam & scripta illius quidem magister Cæsaris, coram illo relegit: & in cunctis admirabilem reddidit. Senatus etiam: de illo, alta non mediocriter sentiebat. Quadam deniq; die, cum Paulus doctrinæ inseruiens circa vesperam in cœnaculo editiori turbas alloqueretur, quidam Patroclus deliciosus & pincerna regis, ipsius se subducens aspectibus: abiit ad horreum, vbi paulus hospitabatur, vt audiret documenta vitæ perpetuæ. Inuitatus enim ad hoc & animo inductus iam fuerat: à consodalibus suis, & Cæsaris amicissimis, qui ex eius familiari obsequio: Pauli monita sequebantur. Sed cum præ multitudine populi ad eum introire non posset: ascendit ad fenestram excelsiorem, & secus eam sedit, vt verbum dei commodius posset audire. Desiderabat enim seruenti animo: Pauli sermonibus refici. Sed cum Paulus in longum protraxisset sermonem, & iuuenis somno grauaretur: diaboli inuidia dolentis super dilectione dei & ipsius apostoli quam studiosus adolescens habebat, fecit iuuenem paulisper dormire, cadensq; de fenestra valde excelsa cœnaculi, spiritum exalauit. Quod cum mox Neroni reuerenti à balneo, suis

set nunciatum : cum multa frequentia dilectum sibi iuuenē requirebat contristatusq; est vsq; ad animam super morte Patrocli . statuitq; alium pro eo ad vini officium : vt ei porrigeret poculum . Paulus vero non multo post cognoscens per spiritum quod gestum erat : dixit ad plebem . Viri fratres , inuenit malignus locum , vt vos tentaret : sed dominus Iesus Christus more solito eius nequitiam conuertet ad suam gloriam . Ite igitur foras : & inuenietis iuuenem Cæsaris delicatum , ex alto cecidisse , & iam iacere exanimem . quem leuantes ad me huc deferre satagite . Illi ergo concito gradu pergentes : confestim iuuenem mortuum detulerunt . Mirabantur autem turbæ : quomodo Paulus rem gestam ex ordine cognouisset : sibi nemine nunciante . Dixit itaq; Paulus ad turbas : nunc fides vera apparebit erga dominum nostrum Iesum Christum . Tempus est enim (vt semen vitę æternæ in bonam terram deueniens : centuplicata satio ne fructificet . Accedite ergo plena fide ad dominum deum nostrū : & deprecemur illum vt restituatur anima eius in istud iuuenile cadauer , viuatq; melius quàm vixisset . Et cum ingemuisent vniuersi , procumbentes orationi : ait Paulus . Adolescens Patrocle surge : & narra quanta fecerit tibi deus . Ad quam vocem , mox Patroclus , tanquam de somno surrexit : & coepit glorificare deum , qui dedit potestatem talem hominibus . Dimisitq; illum Paulus cum ceteris , qui erant ex domo Cæsaris : & ibant lætantes & gaudentes omnes in domino , qui facit voluntatem timentium se , & deprecationes eorum exaudit . Cumque lamentaretur

LINI EPISC.

Nero Patroclum, & immensitate absorberetur
 tristitiæ: dixerunt circumstantes ad Cæsarem.
 Non domine magnanimitas tua grauetur mole-
 stia, super morte adolescentis. nam uiuit: &
 adest præ foribus. Cæsar uero cum audisset Pa-
 troclum uiuere, quæ pauloante dedicerat mor-
 tuum: expauit corde, & recusabat eum introi-
 re, & astare eum suo conspectui. Sed cum per-
 suasum ei fuisset ab amicis quamplurimis: ius-
 sit eum introire. Et uidens eum sanum, nullaq;
 signa mortis habentem obstupuit: & ait ad eū.
 Patrocle uiuis? At ille respondit. Cæsar uiuo.
 Nero dixit. Quis te fecit uiuere? Cui Patro-
 clus, exhilaratus corde & accensus calore fi-
 dei: dixit. Dominus meus Iesus Christus, rex
 omnium sæculorum. Et Nero conturbatus de
 nomine uirtutis dei: dixit ad iuuenem: Ille er-
 go debet regnare in sæcula, & resolueret omnia
 regna mundi. Et Patroclus ait Etiam Cæsar:
 destruet omnia regna, quæ sub coelo sunt, & uni-
 uersa, quæ sub coelo sunt, seruient ei, quia & ipse
 est solus rex regum, & dominus dominantium.
 Nero autem dedit ei alapam: dicens Ergo mili-
 tas illi regi? Et Patroclus exultans ait. Etiam.
 nam excitauit me à mortuis. Tunc Barnabas
 & Iustus, & quidam Paulus, & Arion Capadox,
 & Festus Galata, qui erant ministri Cæsaris, & ei
 iugiter assiscebant: dixerunt Neroni. Cur Cæ-
 sar: recta sapientem, & prudentissimè atq; ue-
 racissimè respondentem percutis iuuenem? Nā
 & nos illi militamus regi iuncto Iesu Christo do-
 mino nostro. Nero autem cum audisset vno sen-
 su, eodemq; sermone dicere illos iniunctum re-
 gem Iesum reclusit eos in carcere, ut nimium il-

los torqueret, quos antea nimium amauerat. Et iussit inquiri regis illius famulos, posuitque editum: ut sicubi fuissent inuenti, sine interrogatione omnes Christi milites, per tormenta varia punirentur. Vnde multa scrutatione à ministris reipublicæ, & apothecę malignitatis fautoribus serui dei quæsitī & inuenti quamplurimi: perducti sunt ad præsentiam Cæsaris. Inter quos & Paulus consuetudinarias sibi pro Christi nomine gestans cathenas: ductus est vincus. In quem omnes simul vincti à deo intendebant: ut sine alicuius indicio facile potuerit Nero cognoscere ipsum Paulum, magni regis militibus præsidere. Intelligensque ipsum ducem & seniorum Christi magistrum: ait ad eum. O homo nescio cuius regis seruus, mihi autem vinctus: quid tibi visum est introire latenter regnum Romanorum, & mihi subtrahere, illi autem colligere de meæ militiæ principatu? Paulus vero repletus spiritu sancto, constanter in aures omnium, qui poterant adesse; dixit ad Cæsarem. Nero non solum de tuo angulo colligimus milites: sed etiam de toto orbe terrarum. Hoc enim præceptum mihi est: ut neminem ex omni gente militare volentem æterno regi meo, repellam. potens est enim dominus, cunctis larga manu secundum cuiusque meritum: dona ditissima dispensare. Si enim & tibi visum fuerit in illum credere, & ei fideliter obedire: non te poenitebit. Cæterum noli putare: quod diuitiæ, huius sæculi splendor, aut gloria, saluare te debeant. Sed si subiectus illi fueris: imperpetuum saluus eris. Cum autem venerit iudicare viuos & mortuos: dissol-

uet mundi huius figuram per ignem : & ante mundi constitutionem parata , & à sæculis abscondita : militibus suis donatiua , quæ nunquam deficient , & quæ omnem excludent indigentiam , largietur . Hæc audiens Nero , & ira succensus , quia mundi figuram per ignem Apostolus dixerat resoluendam : iussit omnes Christi milites igne concremari . Paulum autem senatusconsulto tanquam maiestatis reum : capite secundum Romanas leges truncari . Tradiditque eum Longino & Megisto præfectis , atque Aceso Centurioni : ut illum extra urbem ducentes , & populo spectaculum de eius occisione præbentes , decollari præciperent . Quibus Paulus : sine intermissione verbum prædicabat salutis . Ministros etiam & apparitores per omnem ciuitatem & circa regionem cum velocitate , Nero , diaboli exagitatus operatiõe direxerat : qui summa diligentia percutarentur latitantes , & manifestatos simul interficerent Christianos . Vnde tam multiplex occisa est turba Christianorum : ut populus Romanus palatium vi irrumperet : & seditionem contra Cæsarem excitare moliens , proclamaret . Pone modum Cæsar : iniustissimæ iussioni : tempera irrationabilem furorem . sufficiat sæuitiæ : quæ crudelitatis metas transcendis . Nostrates homines sunt : quos perdis . Romanum tuentur imperium . Aufers Cæsar Romanam virtutem : quæ militum tantorum frequentia , terribilis cunctis gentibus existebat . Tunc Nero clamore populi expauescens : aliud edictum proposuit . ut nemo auderet contingere Christianos , nec quicquam eis molestiæ inferre , donec relatio plenissimæ cognitionis ex

delatione cuiusq; , referretur ad Cæsarem. Quia propter Paulus iterum eius aspectibus oblatum est. Nero autem ut eum vidit: vehementissime exclamauit dicens. Tollite maleficum, decollate impostorem, nolite finire viuere carminatorem, perditum sensuum alienatorem, auferte de superficie terræ mentium immutatum. Ad quem: Paulus ait. Nero tempore modico patiar: sed viam imperpetuum cum deo meo & rege æterno Iesu Christo. qui venturus est iudicare orbem terræ: in flagratione ignis. Nero itaq; dixit Megisto, Longino, Acesto: auferte ab illo celerius caput, & sic sibi de vita æterna blandiatur, sentiatq; me regem inuidum, qui eum vixit & occidendo deuici. Paulus vero ait. ut scias me Nero post decollationem meo regi inuicto æternaliter: viuere, te autem victum qui putas te, vincere: cum mihi abscissum fuerit caput, viuus tibi apparebo. & cognoscere poteris: quia mors & vita famulantur domino meo Iesu Christo, cuius est omne regnum: & cui voluerit dabit illud. & omnis victoria est illius: & quem vult vincere facit magnifice triumphare. & ipse solus inuictus est: rex in æternum. Et his dictis: ductus est Paulus ad supplicium. Cum autem duceretur, Longinus & Megistus dixerunt ad eum. Dic nobis Paule: ubi est rex ille, & ubi apparuerit vobis, & qualiter cognouistis, & quid vobis contulit, aut quid vobis conferet boni, quod sic ardentissime eum diligitis vos Christiani: ut nullo pacto religioni nostræ velitis commodare assensum, ac viuatis, ac bonis huius vitæ fruamini: sed potius omni delectamen

to iucundius , pro illo mori variis tormentis ducatis ? magnus enim iste videtur error : iucundam odisse hanc vitam , & totò desiderio pœnas amplecti & mortem . Paulus vero ait . O viri cordati atq; sensu bono vigentes : relinquit tenebras ignorantiae & erroris , quarum caligine obnubilatur intelligentiae vestrae nobilitas , ne verum , quod in vobis lateret , videre possitis . conuertite mentis oculos ad æternam & veram lucem , vt valeatis prius vosipsos cognoscere , & sic ad cognitionem regis illius cum lætitia peruenire , atq; ab igne , vniuerso orbi superuenturo , salui & illæsi permanere . Non enim sicut vos putatis , alicui terreno regi militamus : sed deo viuo , regi cœlorum , & omnium sæculorum : qui propter iniquitates , quæ fiunt in hoc mundo : veniet iudex , & iudicabit illum per ignem . felix autem erit homo , qui crediderit in eum . habebit enim vitam æternam : & viuet in cœnia sæcula , sæculorum . & infelicissimus ille , quo non infelicior vllus : qui contemnens diuitias bonitatis & longanimitatis eius , non conuertetur ad eum . nam peribit in æternum . Propter hoc namq; de cœlo in terram descendit , qui cœlum & terram fecit , & ad hoc factus ipse est homo , qui fecit hominem : vt homo conuersus ab iniquitate sua , relinquens vana , & simulachra muta , quæ nefandissime pro deo colit , seruiat ei , qui fecit illum , & adoret eum , quem tremunt angeli , & omnes cœlorum potestates ad orant . Quod cum factum fuerit : faciat illum verum adoratorem atq; cultorem suum , consortem & socium suorum angelorum spirituum videlicet sanctorum ac beatorum . Nec

immerito: quia spiritus est deus, & eum qui illum in spiritu & veritate colit, & adorat: sanctis spiritibus socium faciet. illum vero, qui in eum credere recuſauerit: socium & complicem reddet iniquorum dæmoniorum, in tormento æterni incendii, ad concreationem, atq; ignem perpetuum transmittet illum refugam. hic est ignis venturus: per quem deus est iudicaturus orbem. Quapropter viri sapientes apud se prudentia vestra diiudicet, quis fecit mundum, quoniam sine factore non produit. perpendite qui fecit hominem: quia vt diuina testantur oracula, non ipse se fecit attendite: quia simulachra vana non sunt dii, sed hominum factura, & dæmonia in eisdem facturis latentia. quæ licet in hoc concordari videantur, quia vnanimiter perditionem humani generis cupiunt: sibi tamen inuicem variis modis indubitatisime disſidēt, non est enim impiis pax: dicit dominus: In causa nãq; est, cur homines festinant perdere, & sibi socios in poenis habere: quia sciunt in coelestem habitationem homines ascensuros per dei gratiam, vnde ipsi spiritus ceciderunt per superbiam suam. Viri urbani sensu, cognoscite: quia diuinitatis nomen per plures nequaquam diuiditur, quoniam vnus deus: à quo sunt omnia, & vnus dominus Iesus Christus: per quem sunt omnia. & vnus spiritus sanctus: in quo consistunt vniuersa. cui fideliter obtemperant omnia, & non est schisma in diuinitate: quia caret pluralitate. Attendite ciues Romani: vnde discordia nata fuerit, & qua rone accrescēs, sic longe lateq; miserabiliter adoleuerit, & cur tam multiplicia non numina, sed miserabilia emerſerunt.

runt deorum portenta . videlicet quia multi coeperunt velle fieri principes ac tyranni, & dominatores non vitiorum sed hominum suę naturę consortium. Vnde in ignorantia tempestate demersi, & in barathrum elationis suę deiecti: vnusquisq; potestatis suę deum aut mutauit, aut statuit: nam ad tantam miseri homines peruenerunt dementiam: vt sic miserimos homines sibi deos constituerent, quibus similes fieri vellent, vt mortem pessimam deuitarent . sed & quidam eorum, quoniam non probauerunt habere deum in notitia: traditi sunt in voluptates suas, vt exercebant illa opera, quę leges Romanę puniunt cum execratione, & impletum est in illis, quod dictum est verbis sanctissimis. Similes illis (inquit) fiat, qui faciunt ea. fecerunt enim sibi deos miseros: & facti sunt ipsi miseri. atq; ad tantam sunt insaniam deuoluti: vt trunco ligneo dicant deus noster tu es, & lapidi adiuua nos, stipitemq; fabrefactum adorant qui eius sunt astulis calefacti. Ad hæc: multæ audientium turbæ eleuantes vocem cum planctu dixerunt. Errauimus, peccauimus, inique egimus, doctor salutis & æternæ vitæ ac veritatis ostensor: propiciare nobis: vt eruamur à laqueis peccatorum, & possimus euadere ignem, quod exuret mundus, & quisq; cruciabitur infelix ac pessimus. Tunc Paulus ait. O viri fratres, quorum dominus cor suo spiritu tetigit: stete fideliter in fide. nam ministri æternæ salutis aderunt, à quibus baptizabimini, & bene perseuerantes in charitate domini nostri Iesu Christi, salui eritis in æternum. Longinus quoq; & Megistus & Acestus, secretius alloquentes Apostolum dixerunt. Rogamus te domine, fac nos a tibi in militia regis æterni: vt possimus ventu

rum ignē euadere, & regni ppetui participes fieri. & dimittemus te. vt possis quocūq; decreueris p̄gere: & erimus tui itineris comites, & vsq; ad mortē tibi parentes. Quibus Paulus ait. Fratres mei non sum profugus: sed miles legitimus regis mei. si. n. scirē q̄, morerer, & nō potius ad vitā & gloriam per hanc mortē peruenirē: nō solum facerē quæ rogatis, sed ego hoc à vobis deposerē. nunc autē non in vacuū per multas tribulationes cucurri: nec sine causā pati cupio. Nā restat mihi corona victoriæ: quā reddet mihi cui credidi, & de qua certus existo. qm̄ ad ipsum vado & cū ipso veniā, cū veniet in claritate sua, & patris & sanctorū angelorū iudicare orbē terrarū. Propterea mortē istā contemno: & vram petitionē (vt abscedā) non audiam, neq; faciam. Illi vero flentes: dixerunt ei. Quid ergo acturi sumus? Quomodo te punito viuemus: & ad illum, in quē nos crede re persuades, peruenire iam vltra valebimus? Et cū hæc inter se loquerentur, & populus multus voces in altum tolleret: misit Nero Partheniū quendā & Phæretam milites, vt viderent si iam Paulus esset occisus. Qui aduenientes reperierunt eum adhuc viuētē: & diutissime populum alloquentem. Quos Paulus ad se aduocans: ait illis. Viri fratres credite in deum viuum: qui me & omnes, qui in eum credunt à mortuis suscitabit. At illi respondentes dixerunt. Ad Cæsarem prius ibimus omnia renunciantes. & cum peractum fuerit, pro quo missi sumus, & cum mortuus fueris, & resurrexeris vt dicis: tunc credemus tuo regi. Tu autem explica moras, quibus iusionem differs: & vade ad destinatum locum vbi sententiam meri

LINI EPISC.

to dictatam suscipias . Paulus quoq; dixit eis .
 Cómoratione mea in carne plus vos indigeris ,
 si credere vultis : qua ego , qui ad vitam per mor-
 tem vado . sed & iam pergamus exultantes in
 nomine domini nostri Iesu Christi . Cumq; ad
 locum pergerent passionis comitantibus popu-
 lorum turbis innumeris : venit ad portam vrbis
 Romę vbi habuit obuiam nobilissimam matro-
 nam nomine Plautillam apostolorum feruen-
 tissimam dilectricem & religionis diuinę cultri-
 cem . quæ flens : eius se cœpit orationibus com-
 mendare . Ad quam Paulus ait . Vade Plautil-
 la æternæ salutis filia : commoda mihi pannum ,
 quo caput tegis , & secede paululum in partem
 propter plebis impedimenta . me hic expectas
 donec reuertar ad te : & tibi restituā beneficium .
 ligabo enim mihi oculos vice sudarii : & tuæ di-
 lectioni , amoris mei pro Christi nomine pignus ,
 ad illum pergens relinquam . Quæ festinato pan-
 nū porrexit : & ei vt ipse Apostolus iusserat , obe-
 diuit . Insultabant autem & Parthenius & Phe-
 retas dicentes . Quid credis impostori & mago ?
 cur pdis pannū optimū : non tm̄ per eū in sæcu-
 lo lucratura ? Paulus vero dixit ad eam : et filia p-
 stolare aduentū meū , & signa mortis meę in pan-
 niculo tibi afferā cū Christo victurus . Interea Lō-
 ginus , Megistus , & Acestus dū instarēt obnixius
 pro salute sua , inquiretes modū qualiter ad verā
 vitā possent ptingere : audierūt à btō Apostolo .
 Fr̄es & filii mei : moxyt ego fuero decollatus , vos
 & ceteri ministri it̄fectionis meę , à loco , in quo
 me dominus vocare dignabitur , recesseritis , viri
 fideles rapiēt & sepeliēt corpus meū . vos autem
 notate locum sepulchri mei : & cras valde dis-
 luculo

DE PASS. B. PAULI.

luculo illuc venietis . Ibiq̄ inuenietis duos
 viros orantes , Títum & Lucam . Quibus dice
 tis qua de causa vos misi : & illi vobis dabunt si
 gna salutis in domino , Nolite igitur dubitare
 exequi quod vobis est imperatum . quoniam
 statim vt credentes sacro fonte fueritis intincti,
 & diuinorum mysteriorum viuificatione sacra
 ti ab omnibus peccatorum contagiis , & ab hoc
 etiam quod reformidatis , in me scelere perpe
 trato incandēter purgati eritis , ac super niuem
 dealbati , ac in serie Christi militum ascripti , &
 cœlestis regni efficiemini cohæredes . Et his
 dictis peruenit ad passionis locum : vbi ad orien
 tem versus , tensis in cœlum manibus diutissimè
 me cum lachrymis hebraice orauit & gratias
 egit deo . Cum patrio sermone consumasset ora
 tionem , vale dicens fratribus , benedixit eos .
 Et ligans sibi de Plautillæ Maphorte oculos : in
 terra vtrunq̄ genu fixit , & collum tetendit . Spi
 culator vero in altum brachia eleuans : cum to
 ta vi percussit , & caput eius abscidit . Quod
 postq̄ à corpore præcisum fuit nomen dñi nostri
 Iesu Christi hebraice clara voce personuit : sta
 timq̄ de corpore eius vnda lactis in vestimenta
 militis exiliuit , & postea sanguis de fluxit . vitta
 vero , qua sibi ligauerat oculos , cum eam quidã
 rapere vellent : nõ comparuit . tanta etiã odoris
 suauitas fragrauit , & lucis immensitas in momē
 to illius decollationis cœlitus ibi emicuit : vt
 mortaliũ oculi splendorē illum sufferre , & hu
 mana lingua narrare nequiuert odorem . Viden
 tes aut̄ omnes qui aderāt gratiam dei in beato
 apostolo : admirati sunt valde laudâtes & cõfir
 mantes per multã in oram dñm Iesum Christum

LINI EPISC.

æternum & inuidum regē, quem prædicauerat magnificus doctor & magister gentium Paulus. Reuertentes vero qui iussi fuerat accelerare interfectionē eius: peruenerunt ad portā ciuitatis: ubi inuenerunt Plautillam: laudantē & glorificantē dñm in omnibus, quæ audiuit & uidit p sanctū eius apostolū. Et interrogauerunt eam cū irrisione, cur caput suum nō operiret de maphorte quā præstitera Paulo. Quæ accēsa calore fidei: cū magnanimitate respōdit. O vani & miseri: credere nescitis q̄ oculis uideris, & manibus atrectatis. Vere enim habeo eundē, quē illi porrexerā pannū, de infusione sanguinis sui pretiosum. Nā de cœlo ueniēs innumerabiliū cādida torū caterua comitatus: illū mihi ueracissimus retulit. Et repēdēs gratiā pro benignitate in eū habita: dixit Tu mihi Plautilla in terris obsequiū præstitisti: ego tibi q̄ primū ad regna pergēti, officiosissime obsequar. In proximo nanq̄ pro te reuertar: & tibi regis inuidi gloriā demōstrabo. Et extrahēs Plautilla pannū à sinu, roseo pfusum sanguine: illis ostēdit. Qui nimio pauore correpti, gressu p̄cito prexerūt ad Cæsarē, q̄ uiderāt & audierāt nūciātes. At ille cū audisset: miratus ē ualde, & igēti stupore attonitus cœpit de iis, q̄ nūciata sunt ei, cum philosophis & amicis, atq̄ ministris reipublicæ, seu & cū iis, quos habere poterat ex senatu cōquirere, atq̄ cōfabulationis sermonē cū timore & tremore atq̄ pfusione sensus habere. Dū hæc inuicē mirarentur, & secū quærerent: uenit Paulus circa horā nonā inuis clausis, stetitq̄ ante Cæsarē: & ait. O Cæsar Nero: ecce ego Paulus regis æterni & inuidi miles, uel nūc crede miser, q̄a nō sum mortuus, sed

DE PASS. B. PAULI.

uiu deo meo. Tibi autē: nō post multū t̄pis mala
 innenarrabilia imminēt & suppliciu maximum,
 teq; çternus manet interitus. eo q̄ iter cetera fla
 gitia tua pessima: multū sanguinis iustorū effudi
 sti iniuste. Et hæc dicēs: repēte disparuit. Nero
 autē his auditis, vltra q̄ dici possit timor̄ p̄cussus,
 & veluti amēs effectus ignorabat qd agēdū illi
 esset. Suadētibus ergo amicis: iussit Patroclum,
 & barnabā, & eos q̄ vincti erāt cū illis, solui, atq;
 quō vellēt liberos abire. Lōginus deniq; Megi
 stus, atq; Acestus: sicut eis osti tuerat Apostolus,
 primo mane venientes ad sepulchrū eius viros
 orātes, & in medio eorū stātē Paulū. Qui p̄time
 scētes in visu admirabili: horruerūt & reformida
 uerūt accedere propius. Titus autē & Lucas ab
 extasi orationis in se reuersi videntes præfectos
 atq; Cēturionē q̄ ministri necis Pauli fuerāt ad
 se p̄perātes, hūano terrore correpti in fugā p̄uer
 si sunt, & Paulus euanuit ex oculis eorū. Illi ve
 ro post eos clamauerūt dicētes. Nō vt suspica mi
 ni beati dei hoies ideo venimus: vt vos perse
 quamur ad mortē, sed vt credētes, nos p̄ aquam
 baptismatis ad vitā transferatis æternā, sicut no
 bis verus doctor p̄misit Paulus. quē paulo ante:
 in medio v̄ri stātē & orātē p̄speximus. Hæc autē
 audiētes ab eis Titus & Lucas: steterūt cū multa
 lætitia & spūali gaudio: imponētes eis mox ma
 nus, & dātes signaculū sc̄tificatiōis p̄petuę: sicq;
 ieiunio vsq; ad vesperā p̄currēte baptizati sunt
 ī noīe dñi n̄ri Iesu Ch̄ri. Cui cū patre in v̄nitate
 sp̄ritus sancti: est honor, & gloria, virtus, & impe
 rium in omnia sæcula sæculorum. Amen.

F I N I S.

EPISTOLA BEATISSI
mi Pauli Apostoli ad Laodicenses.



AVLVS APOSTO
lus non ab hominibus, neq
per hominem, sed per Ie
sum Christum: fratribus qui
estis Laodicæ gratia vobis
& pax à deo patre nostro &
domino Iesu Christo. Gra
tias ago Christo per omnem orationem meam:
¶ permanentes estis & perseverantes in operi
bus bonis, promissionem expectantes indie
iudicii. Neq; disturbent vos quorundam va
niloquia insimulantium veritatem: vt vos auer
tant à veritate euangelii, quod à me præ
dicatur. Et nunc faciet deus, vt qui sunt ex
me, ad perfectum veritatis euangelii sint de
seruientes, & benignitatem operum facientes,
quæ sunt salutis vitæ æternæ. Et nunc palàm
sunt vincula mea, quæ patior in Christo: in qui
bus lætor & gaudeo. & hoc mihi est ad salu
tem perpetuam. quod factum est orationibus ve
stris, administrante spiritu sancto. Siue per vi
tam, siue per mortem: est mihi viuere vita in
Christo, & mori gaudium. & ipse in vobis fa
ciet misericordiam suam: vt eandem dilectio
nem habeatis, & sitis vnanimis. Ergo dilectis
simi: vt audistis præsentiam domini, ita sentis
te, & facite in timore, & erit vobis vita in æter
num. Est enim deus: qui operatur in vobis.
Et facite sine peccato: quæcunq; facitis. Et quod
optimum est dilectissimi: gaudete in domino
Iesu Christo: & cauetes omnes sordes in omni

lucro. Omnes petitiones vestrae: sint palam apud deum. Estote firmi in sensu Christi: & quae integra, & vera, & pudica, & casta, & iusta, & amabilia sunt, facite. Et quae audistis, & accepistis, in corde retinete: & erit vobis pax. Salutate omnes fratres in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti: Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen. Hanc facite legi Colossensibus: & eam, quae est Colossensium, vobis.

Hec est quae sub nomine Pauli & Laodicensium reperi epistolam, & gauisus sum reperiens, & eam cum voluptate ob Christi & apostoli eius nomen: repertam legi per libenter. Quae si brevis sit: quid prohibet apostolum interdum breues, interdum longas comiseruisse epistolas? Brevis est & illa est: quae est ad Philomenem. Praeterea quae sapit Christum: & sanctam continet praecipua ubique sancti nominis Christi legitur, ubiqueque in voce sonat: inclinatio & veneratio debet. Nam est summi & aeterni regis nostri nomen. quae decet omnis laus, & gloria, & in spiritu & veritate, adoratio, in omnia saeculorum saecula. Amen.

SCEDVLE APOSTOLI PAULI
AD SENECAM.

SCEDVLA PRIMA.

LITERAS tuas hilaris heri accepi, ad quas rescribere statim potui: si praesentiam iuuenis, quem ad te missurus eram, habuisssem. Scis enim quando & per quem, & quo tempore, & cui: quid dari, committique debeat. Rogo ergo, ne putes neglectum: dum perscrutatae qualitate in spicio. Sed quod literas a vobis alicubi bene acceptas scribis: me felicem arbitror tanti viri iudicio. Neque enim hoc diceret, censor, sophista, magister tanti

SEN ECÆ.

principis, etiam omnium: nisi quia vera dicis:
Opto: te, diu bene valere.

SE DV LA. II. AD IDEM.

Quoties literas tuas audio, præsentiam tuam
cogito. nec aliud existimo: quàm omni tẽ-
pore te nobiscum esse. Cum primum itaq; veni-
re coeperis: nos inuicem, & è proximo videbi-
mus. Bene valere te opto.

SE DV LA. III. LVCILLIO

AD IDEM.

DE iis, quibus mihi scripsistis: non licet arun-
dine & atramento loqui. quarum rerum
altera notat & designat aliquid, altera
evidenter ostendit. præcipue cum sciam inter
vos esse, hoc est apud vos & in vobis: qui me
intelligunt. Honor omnibus habendus est: tan-
to magis quanto indignandi occasionem cap-
tant. quibus si patientiam demus: omnimo-
do eos ex quacunq; parte vincemus, si modo ii
sunt, qui poenitentiam sui gerant. Bene valete.

SE DV LA. IIII. AD IDEM.

LICET Non ignorem Cæsarem nostrum
rerum admirandarum (si quando defunt)
amatorem esse: permittes tamen te non
lædi, sed admoneri. Puto enim te grauiter fe-
cisse: q̄ ei in notitiam perferre voluisti: quod ri-
tui & disciplinæ eius sit contrarium. Cum enim
ille gentium deos colat: quid tibi visum sit: vt
hoc eum scire velles, nisi nimio amore mei fe-
cisse te hoc existimem? Rogo ergo te, in futurum
ne id agas. Cauendum enim est: dum me dili-
gis, offensam domine facias. cuius quidem offen-
sa nec oberit, si perseverarit, neq; si non sit, pro-

derit. si est regina: non indignabitur, si mulier :
offendetur. Bene vale.

SECVLA. V. AD IDEM.

QVOTIES tibi scribo, & nomen meum
tibi sub secundo: grauem & lectæ meæ &
incongruam rem facio. debeo enim (vt
sæpe professus sum) omnibus omnia esse : & id
obseruari in tua persona, quid lex Romana ho-
nori senatus concessit, per lecta epistola vltimum
locum eligere. ne cum aperia & dedecore: cupi-
am efficere, qd̄ mei arbitrii fuerit . Vale. Paulus.

SECVLA. VI. AD IDEM.

PERPENDINGI tibi ea sunt reuela-
ta: quæ paucis diuinitas concessit. Certus
igitur iam ego sum: q̄ in agro fertili semen
fortissimum sero. non quidem materiam, quæ
corrumpi videtur: sed verbum dei, stabile, deri-
uamentum boni crescentis & manentis in æter-
num. Quod prudentia tua affecta est: indefi-
ciens fore debet, & Ethnicorum, & Israelita-
rum obseruationes censere vitandas. Nouum te
authorem feceris Christi Iesu: præconiis osten-
dendo rhetoricis irreprehensibilem sapientiam,
quam propemodum adeptus: regi temporali,
eiusq; domesticis, atq; fidis amicis insinuabis.
quibus aspera & ægre captabilis. erit persuasio:
cum pleriq; eorum minime flectantur institutio-
nibus tuis. Quibus vitale commodum sermo
dei, instillat: nouum nomen sine corruptela,
perpetuamq; animam parit, ad deum istinc re-
cte properantem. Vale Seneca charissime nobis.

F I N I S.

EX DAMASO PP. DE BEA-
TISSIMI PAULI VI-
TA PANEGYRIS.

Iandudū Saulus proauorum dogmata zelans
Cum domino, patrias vellet præponere leges:
Abnueretq; sacros Christū cecinisse prophetas:
Dum lacerat sanctę matris pia viscera cęcus:
Cędibus assiduis ardens deserpere plebem:
Post tenebras: verum cœpit cognoscere lumen.
Tentatus sensit quid posset gloria Christi.
Sensibus vt domini vocem, lucemq; recepit,
Instruitur mores: Christi præcepta secutus.
Vt lotus placuit sancto de nomine Paulus:
(Mira fides rerum) subito trans ethera vectus.
Illi nosse datum: quid possent præmia vitę.
Tertia lux cœli tenuit paradison euntem.
Colloquiis domini fruitur. secreta referuat.
Gentibus ac populis prædicere vera iubetur.
Iactatusq; maris noctemq; diemq; profundo:
Vixit. at hunc tantū mirū est superasse laborē,
Verbera vincla, famē, lapides, rabiemq; ferarū,
Carceris illuuiem, virgas, tormenta, cathenas,
Naufragium, lachrymas, serpentis dira venena,
Stigmataq; exultat portare in corpore Christi.
Credētesq; docet qua possint vincere mortem.
Digne deo: viuis per sæcula cuncta magister
Versibus his breuiter (fateor) sanctissime doctor:
Ipse tuos Damascus volui monstrare triumphos.

EPISTOLAE

DIVI PAULI APO-

stoli cum triplici editione

ad ueritatem graecam.



Πρὸς Ῥωμαίους

Ad Romanos A

A

Πρὸς Κορινθίους

β'. Ad Corinthios 5 11

11

Πρὸς Γαλάτας

Ad Galatas 7

7

Πρὸς Ἐφεσίους

Ad Ephesios T

T

Πρὸς Φιλιππησίους

Ad Philippenses X

X

Πρὸς Κολοσσαίς

Ad Colossenses 3

3

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς

β'. Ad Thessalonicenses 11

11

Πρὸς Τιμόθεον

β'. Ad Timotheum 11

11

Πρὸς Τίτον

Ad Titum H

H

Πρὸς Φιλήμονα

Ad Philemonem 88

88

Πρὸς Ἑβραίους

Ad Hebræos. 88

88

VENETIIS. M D X X X I I I.



ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟ-

σόλου ἡ πρὸς Ῥωμαίους
ἐπιστολή.

Epistola Pauli apostoli
ad Romanos.

PAVLVS servus Iesu Christi, vocat⁹ ad munus apostolicū segregatus in euāgeliū dei, quod aī promiserat per pphetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui genitus fuit ex semine David secundū carnē, qui declaratus fuit filius dei cum potentia, s̄m spiritū sanctificatiōis, ex eo quod resurrexit ē mortuis Iesus christus dñs noster, per quē accepimus grām ac muneris apostolici fūctionē, vt obediā f̄ dei inter oēs gētes sup ipsius nomine, quorum de numero estis & vos vocati Iesu Christi. Omnibus q̄ Romē estis dilectis dei, vocatis sanctis, grā vobis & pax à deo p̄re nostro & dño Iesu Christo . Primū quidē grās ago deo meo per Iesum Christū sup oibus vobis, quod fides vestra annunciat̄ in toto mundo. * Testis enim mihi est deus, quem collo spiritu meo, in euangelio filii ipsius, quod indefinenter mentionē vestri faciam,

ΠΑΥΛΟΣ δούλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀφορισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ὃ προεπηγγέλατο διὰ τῶν προφητῶν κυρίου ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ σάρκα, τοῦ ὀριζέντος ἡμῶν θεοῦ, ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγίου ἰσχύος ἐξ ἁγίας καὶ σωτηρίας ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν, εἰς τοὺς ἔθνη ἐπίσεισεν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ νόμου αὐτοῦ, ἐν αἷσι ἐσὲ καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πᾶσι τοῖς ἀγαπῶμεν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πρῶτον μὲν ἐνχαριστῶ τῷ θεῷ μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃ πρὸ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Μάρτυς γάρ μοι ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ λατρεύων ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδελφὸς ἀπίστος μὲν ἡμῶν ποιῶμαι

Epistola Beatiss. Pauli apostoli ad Romanos.

PAVLVS seruus Iesu Christi vocatus apostolus segregatus in euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo facto ex semine Dauid secundum carnem, de finito filio Dei, in potestate per Spiritum sanctitatis, ex resurrectione à mortuis Iesu xpo domino nostro per quem accepimus gram & apostolatam p nomine eius, ad obedientiam fidei in omnibus gētibus, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, omnibus, qui estis Romę, dilectis dei, vocatis sanctis, gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Primum quidem gratias ago Deo meo p Iesum Christum pro omnibus vobis quia fides vestra annunciat in vniuerso mūdo. Testis enim est mihi deus quem colo in spiritu meo in euangelio filii eius, quod sine intermissione memoriã vestri facio,

EPISTOLA PAULI Apostoli ad Romanos.

Cap. I.

PAVLVS seruus Iesu Christi vocatus apostolus segregatus in euangelium Dei, qđ ante p miserat p pphetas suos in scripturis sc̄tis de filio suo, q factus ē ei ex semine Dauid, secūdu carnē, qui pdestinatus est filius Dei in virtute, secūdu spūm sanctificationis, ex resurrectione mortuoru Iesu Christi dñi nri, p quem accepimus gratiam & apostolatū, ad obediendum fidei, in oibus gētibus pro noie eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, oibus qui sunt Romę dilectis dei, vocatis sanctis, gratia vobis & pax à deo p̄c: & dño nostro Iesu Christo. Primum qdem gr̄as ago deo meo per Iesum Christum pro omnib⁹ vobis: quia fides vestra annūciat in vniuerso mūdo. Te 2. T
stis enim mihi est De⁹, cui B
seruio in spū meo in euangelio filii eius, q sine intermissione memoriã v̄ri facio

Πρὸς τοὺς Ῥωμαίους

πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, θεόμενος, εἶπὼς ἢ δὴ ποτὲ ἀποφωθίσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα ἰμεταδώ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν, ἕως τοῦ στερεοῦναι ὑμᾶς, τοῦτο δὲ ἐστὶ, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις προθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθη ἄχρι τοῦ θανάτου, ἵνα κερπὸν τινα χῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. Ἐλλοσίτε καὶ βαρβάρους, σοφρίστε καὶ ἀνοήτους, ὀφιλέτης εἰμί. ὄντως τὸ κατ' ἐμὲ, προθύμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν ζωῇ ἀγγελίσασθαι. Οὐ γὰρ ἐποικίζομαι τὸ ἀγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πισέοντι, Ἰουδαίω τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίσιν. καθὼς γέγραπται. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζῖσται. Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὁργὴ θεοῦ ἐπ' οὐρανοῦ, ἐπὶ πᾶσιν ἀσέβεικν, καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τῶν ἀλήθειαν ἐκδικίαν κατεχόντων.

editio posterior

semper in precibus meis orās, siquō modo tandem aliqua do prosperum iter cōtingat, volente deo, ut veniam ad vos. Desiderio enim videre vos, aliquod impartiar vobis donum spirituale, quo confirmemini, hoc est, ut cōmunem capiam consolationem in vobis per mutuam fidem, vestram simul & meā. Nolo autē, vos ignorare fratres, quod saepe proposuerā venire ad vos, licet prepeditus fuerim ad hunc usque diē, quo fructum aliquē haberē inter vos quoq; quemadmodum & inter reliquas gētes. Græcis simul & Barbaris, eruditus pariter ac rudibus debitor sum: ita quantum in me est, paratus sum vobis quoq; qui Romę estis evangelizare. Non enim me pudet euāgelii Christi. Potentia siquidem est dei, ad salutem omnium credēti, Iudæo primū simul & Græco. Iustitia. n. dei p illud patet ex fide i fidē. * Si cuti scriptū est: Iust' at ex fide victurus est. Palā fit. n. ira dei de cœlo aduersus oēm impietate, & iniustitiā hoīum, q veritate in iniustitia detinet;

semper in orationibus meis: rogās si quo pacto tādē aliquando prosperer in voluntate dei, vt veniam ad vos. desidero enim v̄dere vos: vt aliquod spirituale donum vobis impartiar, ad confirmandos vos, hoc est vt consoler vobiscum per mutuam fidem, vestrāq; atq; meam. Non velim autem vos latere fratres, q̄ frequenter proposui proficisci ad vos: & hucusq; prohibitus sum. proficisci inquā ad vos: vt aliquem etiam fructum habeam i vobis quemadmodū & in ceteris gētibus, & græcis, & barbaris. tā sapiētibus q̄ insipientibus debitor sum: adeo vt & in me promptitudo sit, vobis qui Romæ estis euangelizare. Non. n. erubesco euangelium Christi. Potestas enim dei est: ad salutem omni credenti, Iudæo primum atque gentili. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidē: sicut scriptum est. Iustus autem ex fide viuet. Reuelatur enim ira dei de coelo super omnem impietatem & iniustitiam eorū hominū: q̄ veritatem in iniustitia detinent.

semper in orationibus meis: obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperū iter habeam in voluntate dei, veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, vt aliqd impartiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eā, quæ inuicē est, fidē vestrā, atq; meā. Nolo autē vos ignorare fratres: quia sepe proposui venire ad vos (& prohibitus sum vsque adhuc) vt aliquē fructū habeā i vobis, sicut & in ceteris gētibus. Græcis, ac Barbaris: sapientibus, & insipientibus, debitor sum: ita q̄ in me promptum est, & vobis q̄ Romæ estis, euangelizare. Nō enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est, in salutē omni credenti: Iudæo primum & Græco. Iustitia. n. dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est. Iustus autē ex fide viuet. Reuelat enim ira dei de coelo super oēm impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent:

Πρὸς τοὺς Ῥωμαίους

Θιόπι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φαι
 τερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ θεὸς
 αὐτοῖς ἐφανερώσκει, καὶ γὰρ
 ἀόρατα αὐτῷ, ἀπὸ κτίσεως κόσ
 μου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα
 καθαροῦται, ἢτε αἰθιρῶν αὐτῶν
 δυνάμεις καὶ θεότις, εἰς τὸ εἰ
 νοῦν αὐτῶν ἀναπολογητῶν,
 θιόπι γινόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς
 θεὸν ἐδόξεσαν ἢ ἀχαρίσκουσαν,
 ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς θιαι
 λογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίθη
 ἢ ἀσύνητος αὐτῶν καρδία, φάλο
 σκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθη
 σαν. καὶ ἠλλαξαν τὴν δόξαν
 τοῦ ἀφάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιωμα
 τικῆς φθαρτῆς ἀνθρώπου,
 καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων
 καὶ ἔρπετων. θιὸ καὶ παρῆ
 δωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς
 ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐ
 τῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμά
 ζεσθαι καὶ σώματα αὐτῶν ἐν
 ἑαυτοῖς. οἵπνες μετέλλαξαν
 τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν ἐν τῷ φάλο
 θει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλά
 τρησαν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν
 κτίσαντα, ὅς ἐστιν ἀλογητῶς εἰς
 τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Διὰ τοῦτο παρῆδωκεν αὐτοῖς
 ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. αἴλο
 τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετέλλα
 ξαν τὴν φυσικὴν χεῖρσιν, εἰς
 τὴν παρὰ φύσιν. ὁμοίως τε καὶ

editio posterior

propterea quod id, quod de deo eo
 gnosci potest, manifestum est in
 illis. Deus. n. illis patefecit. Si
 quod quae sunt invisibilia illius,
 ex creatione mundi, dum per opera
 intelliguntur, prudent, ipsaque
 eterna eius potentia ac divini
 tas, in hoc, ut sint inexcusabi
 les, propterea quod cum deum cogno
 verit, non ut deum glorificaue
 runt, neque grati fuerunt, sed fru
 strati sunt per cogitationes suas,
 & obtenebratum est inscientis cor
 eorum. Cum se crederent esse sa
 pientes, stulti facti sunt, mu
 taueruntque gloriam immor
 talis dei, per imaginem, non so
 lum ad mortalis hominis simi
 litudinem effectam, verum etiam vo
 latilium & quadrupedum & re
 ptilium. Quia propter cupiditates cordium suo
 rum, in immundiciam, ut ignomi
 nia afficiat corpora sua inter
 se mutuo, quae commutarunt veri
 tatem eius in mendaciam, & venera
 ti sunt, colueruntque ea, quae condita
 sunt, supra eum, quae condidit, quae est
 laudandus in saecula. Amen.
 Quamobrem tradidit eos
 deus in cupiditates ignomi
 niosas. Nam & foeminae
 illorum mutauerunt natu
 ralem usum, in eum, qui est

quia notitia dei: manifesta ē
eis. deus enim eis manifesta
uit. nam inuisibilia eius: à
conditione mundi, operibus
ipsis intellecta conspiciunt,
id est sempiterna eius pote-
stas ac diuinitas: vt sint inex-
cusabiles. Quia cum cogno-
uerint deum: non tanquam
deū glorificauerunt aut gra-
tias egerunt, sed euauerūt,
in cogitationibus suis, & ob-
scuratū est insipiēs cor eo-
rum. dicentes se esse sapien-
tes: stulti facti sunt. Et muta-
uerunt gloriam incorruptibi-
lis dei: in similitudinem ima-
ginis corruptibilis hominis,
& volucrum, & quadrupe-
dum, & serpentum. Propter
quod & tradidit eos deus in
desideriis cordium eorum
in immunditiam: vt ignomi-
nia afficiant corpora sua in
seipsis, qui commutauerunt
veritatem dei in mendaciū:
& venerati sunt & coluerūt
creaturam prætermisso crea-
tore, qui est benedictus in sæ-
cula. Amen. Propter hoc
tradidit eos deus in affectus
ignominie. Nam & scemi-
næ eorum mutauerunt na-
turalem vsum: in eum qui est

quia qđ notū est dei, mani-
festū ē in illis. Deus. n. illis
manifestauit. Inuisibilia. n.
ipſius à creatura mūdi, per
ea, quæ facta sunt, itellecta
spiciūt: sempiterna quoq;
eius virtus, & diuinitas:
ita vt sint inexcusabiles.
Quia cū cognouissēt deū:
nō sicut deū glificauerūt,
aut grās egerunt: sed eua-
nuerunt in cogitationibus
suis: & obscuratū ē insipiēs
cor eorū. dicētes. n. se esse
sapiētes, stulti facti sunt. Et
mutauerūt gloriā incorru-
ptibilis dei, i similitudinē
imaginis corruptibilis ho-
minis, & volucrum, & qua-
drupedū, & serpentū. Pro-
pter qđ tradidit illos de-
o in desideria cordis eorū, in
immūditia: vt cōtumeliis
afficiāt corpora sua i semet
ipsis, qui cōmutauerūt ve-
ritatē dei in mēdaciū: & co-
luerunt & seruiuerunt crea-
turæ, potius q̄ creatori, q̄
est benedictus in sæcula.
Amen. Propterea tradi-
dit illos deus in passiones
ignominie. Nā sceminæ eo-
rum immutauerūt natura-
lē vsum, in eū vsum, q̄ est

Eph

D

Πρὸς τοὺς Ῥωμαίους

οἱ ἄρσενες, ἀφέντες τὴν φύσιν
κὴν χρεῖσιν τῆς θηλείας, ἐξε-
καύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν
εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεν
σι τὴν ἀγκυμοσύνην κατεργαζό-
μενοι, καὶ τὴν ἀντιμιθίαν ἢ
ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυ-
τοῖς ἀπολαμβάνοντες. Καὶ
καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν
ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν
αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον
νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα,
πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ,
πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, και-
ρίᾳ, μεσοῦς φθόρου, φόνου, ἐρη-
σίας, δόλου, κακοθείας, ψιθυρι-
σῶς, καταλάλους, θεοσυγῆς, ὑ-
βρισῶς, ὑπερφάνους, ἀλαζό-
νας, ἐφωρετὰς κακῶν, γενᾶσιν
ἀπειθεῖς, ἀσωμένους, ἀσωθέ-
τους, ἀσέργους, ἀσπόνδους, ῥε-
λεμήμονας. Οἵτινες τὸ δικαίω-
μα τῷ θεῷ ἐπιγόντες, ὅτι οἱ τὰ
τοιαῦτα πράσσοντες, ἀξιοὶ θου-
νάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ
ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνάθε-
κοῦσι τοῖς πράσσουσι. Διο-
ἀναπολόγητος εἰ ὡς ἄνθρωπε,
πᾶς ὁ κρίνων. ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις
τὸν ἕτερον, σταυρῶν κατακρί-
σεις, τὰ γὰρ αὐτὰ πράξεις ὁ
κρίνων. Οἷδαμεν δὲ ὅτι τὸ
κρίμα τῷ θεῷ ἐστὶ κατὰ ἀλή-
θειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πρά-

editio posterior

præter naturâ. Similiterq; &
masculi, relicto naturali usu
fœminæ, exarsêrunt p appetē-
tiâ sui, alius in aliū, masculi i
masculos fœditatē perpetrâ-
tes, & premiū, qđ oportuit, ex-
toris sui in se se recipiētes. Et
quæ admodū nō pbauerunt,
vt deū agnosceret, ita tradidit
eos deus i reprobâ men-
tē, vt facerēt quæ nō quenie-
bat, repleti oī iniustitia, scor-
tatione, versutia, auaritia, ma-
litia, pleni inuidia, cœde, otē-
tiōe, dolo, malis pditi mcri-
b, susurrōnes, obtrectatores,
dei osores, otumeliosi, elati,
gliosi, excogitatores malorū,
parētib' imorigeri, exptes in-
telligētis, pactorū haud qua-
q̄ tenaces, alieni a charitatis
affectu, nescii fœderis, imise-
ricordes. Qui cū dei iustitiâ
nouerint, nepe qđ ii, q talia
faciūt, digni sint morte: non
solū ea faciunt, verumetiâ ac-
Christo supna quærite, vbi
Christus est ad dexteram
dei sedēs. Superna curate,
nō terrestria. Siqdē emor
tui estis: & vita vestra ab
scondita est cum Christo
in deo. Quādocūq; Ch̄sus
manifestatus fuerit, vita no
stra, tūc & vos cū illo mani
festabimini in gloria. Mor
tificate igit̄ membra vestra
terrestria, stuprū, immundi
tiam, mollitiē, concupiscen
tiam malā: & auaritiā, quæ
est simulachrorum cultus:

Ex quo omne corpus per iuncturas & commissuras subministratum, & conspi-
rans augetur in augmen-
to dei. Si mortui estis cum
Christo ab elementis mū-
di, quid tanq̄ viuentes in
mundo, dogmata quæri-
tis? Ne tetigeris, neq; gu-
staueris, neq; palpaueris
omnia, quæ sunt ad corru-
ptionem per abusum s̄m
præcepta & doctrinas ho-
minum, quæ in superstitio-
ne sermonem quidem ha-
bent sapientiæ, & in humi-
litate sensus, & in afficien-
do corpore, nō in honore
aliquo ad satietatē carnis.
Si igit̄ surrexistis cū Chri-
sto, quæ sursum sunt quæri-
te, vbi Christus est in dexte-
ra dei sedens, quæ sursum
sunt sentite, non quæ sup-
terrā. Mortui enim fuistis,
& vita vestra abscondita est
cū Christo in deo: cū aut̄
Chis apparuerit vita n̄ra,
tūc & vos cū eo appebitis
i gl̄ia. Mortificate ergo mē-
bra v̄ra, q̄ sūt sup terrā, for-
nicationē, imūditā, purba-
tionē, concupiscētiā malā, ac
auaritiā, q̄ ē idolorū cult⁹.

Colof. vulgata cap. iii.
ex quo totū corpus per ne-
xus, & iūctiōnes: submini-
stratū, & p̄structū, crescit in
augmētum dei. Si mortui
estis cum Christo ab ele-
mentis huius mundi: quid
adhuc tanq̄ viuētes in mū-
do decernitis? Ne tetige-
ris: neq; gustaueris, neq; cō-
trectaueris: q̄ sunt oīa in i-
teritu ipso vsu, s̄m p̄cepta
& doctrinas hoīum, q̄ sunt
rationē quidē habentia sa-
piētīæ, in sup̄stitione & hu-
militate, & nō ad parcēdū
corp̄i, nō i honore aliq̄ ad
saturitatē carnis. Cap. III.
Igitur si consurrexistis cū **A**
Christo: q̄ sursum sunt quæri-
te, vbi Christus est in dex-
tera dei sedens, quæ sur-
sum sunt sapite: nō quæ su-
per terrā. Mortui enim estis:
& vita vestra est abscondi-
ta cum Christo in deo. Cū
autē Christus apparuerit,
vita vestra: tūc & vos appa-
rebitis, cum ipso in gloria.
Mortificate ergo membra **Ephe.**
v̄ra, quæ sunt sup terrā, for-
nicationem, imunditiam,
libidinem, concupiscētiā
malam, & auaritiā, quæ **B**
est simulachrorū seruitus.

Πρὸς τοὺς Κολλουαίους .

ὅτι ἂν ἔρχεται ἡ ὄργη τοῦ θεοῦ
ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας,
ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπα-
τήσατέ ποτε, ὅτε ἐζητε ἐν
αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ ἀπόδει-
ξε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα,
ὄργην, θυμὸν, κακίαν, βλα-
σφημίαν, αἰχρολογίαν ἐκ τοῦ
στόματός ὑμῶν. μὴ φάσθε
δὲ εἰς ἀλλήλους, ἀπεκόν-
σάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρω-
πον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐ-
τοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν
νέον, τὸν ἀνακατασκευασθέντα
ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτί-
σαντός αὐτόν. ὅπου οὐκ ἐνι-
ἔλλην καὶ ἰουδαῖός, περι-
τομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρ-
βαρος, σκύθης, δοῦλος,
ἐλάδερός, ἀλλὰ πάντα καὶ
ἐν πᾶσι Χριστός. ἐνδύσαθε
ὅμως ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ ἁ-
γιοὶ καὶ ἠγαπημένοι, ἀλλάγ-
χνα οἰκτιρῶν, χρηστότητα
πεινοφροσύνην, πραότητα,
μακροθυμίαν, ἀνεχόμενοι
ἀλλήλων, καὶ χαρίζομε-
νοι ἑαυτοῖς, ἕκαστος πρὸς τι-
να ἔχη μομφήν, καθὼς καὶ
ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν,
οὕτως καὶ ὑμεῖς. ἐπὶ πᾶσι
δὲ ταύτοις, τὴν ἀγά-
πην, ἣν ἐστὶν ἀγάπη
τῆς τελειότητος,

editio posterior

ob quæ venire solet ira dei
in filios intractabiles, inter
quos ambulabatis quon-
dam, cum viveretis in his.
Nunc autem deponite &
vos omnia, iram, indigna-
tionem, malitiam, male-
dicentiam, turpiloquen-
tiam ab ore vestro. Ne
mentiamini alius aduer-
sus alium, posteaquam
exuistis veterem homi-
nem cum factis suis, & in-
duistis novum, qui reno-
uatur ad agnitionem &
imaginem eius, qui con-
didit illum: ubi non est
Græcus & Iudæus, cir-
cūcisio & præputium, Bar-
barus, Scytha, servus liber:
sed oia in oibus Christus.
Sitis igitur induti tanquã
electi dei sancti ac dilecti,
viscera miserationum, co-
mitatem, modestiam, man-
suetudinẽ, lenitatem: suffe-
rentes vos inuicẽ, & cõdo-
nantes vobis mutuo, si quis
aduersus aliquem habue-
rit querelam: quemadmo-
dum & Christus condona-
uit vobis, ita & vos: super
oia autem hæc, charitatẽ,
quæ est vinculũ perfectiõis.

Propter quæ venit ira dei in filios discreditæ, in quibus & vos ambulastis aliquando cum viuebatis in eis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, furorem, nequitiam, blasphemiam, turpiloquium ex ore vestro. Nolite ad inuicem mentiri: exuite veterem hominem cum actibus eius, & induite novum, qui renouatus est in cognitione ad imaginem eius, qui creauit illum, ubi non est gentilis & iudæus, circumcisio & præputium, barbarus, scytha, seruus, liber, sed omnia & in omnibus Christus. Induite mini ergo ut sancti electi dei & dilecti viscera miserationis, benignitatem, humilitatem sentiendi, mansuetudinem, longanimitatem, supportantes vos inuicem, & condonantes vobis: si quis aduersus aliquem hæt querelam, quæ admodum & Christus condonauit vobis, hunc in modum & vos. Super hæc autem omnia induimini dilectionem, quæ est vinculum perfectionis.

Col. vulgata cap. iiii. propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis. in quibus ambulastis aliquando, cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpè sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem: expolantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum eum qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit illum. ubi non est Gentilis & Iudæus: circumcisio, & præputium: Barbarus, & Scytha: seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus. Induite vos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti dei viscera misericordie benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, caritatem habete, quod est vinculum perfectionis,

Ro. vi.
Eph. i.
a
Heb. xij.
i. Pet. ij.
v. iij. a

Ephes. v.

Ephes. iij.

Πρὸς τοὺς Κολοσσαίους·

καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βασιλευσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκκληθήτε ἐν ἐνὶ σώματι, καὶ ἀχαρίζεσθαι γίνεσθε. ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικεῖτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδασκόντες καὶ νοουητοῦντες ἑαυτοὺς, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ. καὶ πᾶν ὃ ἂν ποιήτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντοτε ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ, ἀχαρισουῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ· αἱ γυναῖκες ὑποτάσσεται τοῖς ἰσθίοις ἀνδράσιν, ὡς ἑαυτῆς κεφαλῇ ἐν κυρίῳ. οἱ ἄνδρες ἀγαπατε τὰς γυναῖκας καὶ μὴ πικραίνετε πρὸς αὐτάς· τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονάσι κατὰ πάντα. τῷ θεῷ γὰρ ἐσὶν ἀάρεσον τῷ κυρίῳ. οἱ πατέρες μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμώσιν. οἱ δούλοι ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ἔν ὀφθαλμοδουλίαις ὡς ἑαυτῶν παρόντες, ἀλλ' ἐν ἀπλότῃ καρδίᾳ, φοβούμενοι τὸν Θεόν. καὶ πᾶν ὃ, ἃ ἐὰν ποιήτε,

editio posterior

Et pax dei palmam ferat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati sitis. Sermo Christi inhabitet in vobis opulenter cum omni sapientia. Docete q; & comouete vos inuicem cantionibus & laudibus, & cantilenis spiritualibus, cum gratia canentes in corde vestro domini. Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine domini Iesu facite, gratias agentes deo & patri per illius. Vxoribus, subditæ estote propriis viris, sicuti conuenit, in domino. Viri, diligite vxores, & ne sitis amarulæti aduersus illas. Filii obedite parentibus in omnibus: hoc enim bene placet domino. Patres ne prouocetis liberos vestros, ne despodeant animum. Serui, obedite per omnia iis, qui domini sunt secundum carnem, non obsequiis ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studentes, sed cum simplicitate cordis timentes deum. Et quicquid feceritis,

Prior Ad
Et pax dei palmam obti-
neat in cordibus vestris,
in qua & vocati estis in
vno corpore, & iucundi
estote. Sermo Christi ha-
bitet in vobis copiose, in
omni sapientia docentes
& admonentes vosipsos
psalmis, hymnis, & can-
ticis spiritualibus, in gra-
tia canentes in corde ve-
stro, domino: & omne
quodcumq; sit, faciatis in
sermone, aut in opere per
omnia in nomine domi-
ni Iesu, gratias agentes
deo, & patri per eum:
Vxores, subditæ estote
viris (vt par est) in do-
mino. Viri, diligite vxo-
res, & nolite amari esse
erga illas. Filii, obedite
parentibus per omnia: hoc
enim beneplacēs est apud
dominum. Patres, nolite
irritare filios vestros, ne
tristitia conficiantur. Ser-
ui, obedite per omnia do-
minis carnalibus, non ser-
uitiis ad oculum, tāquam
hominibus placentes, sed
in simplicitate cordis, ti-
mentes deum: & omne
quodcumque faciatis.

Colof. vulgata cap. iiii.
Et pax Christi exultet in C
cordibus vestris, in quam
& vocati estis in vno cor-
pore, & grati estote. Verbū
Christi habitet in vobis a-
bundanter, in omni sapi-
entia docentes, & com-
monentes vosmetipsos in
psalmis, hymnis, & can-
ticis spiritualibus, in gra-
tia cantantes in cordibus
vestris deo. Omne quod, *Eph. v. e*
cunq; facitis in verbo, *1. Cor. x.*
aut in opere, omnia in &
nomine domini nostri Ie- *Eph. vi. a*
su Christi, gratias agen-
tes deo & patri per ip-
sum. Mulieres, subditæ
estote viris, sicut oportet, *Eph. vi. a*
in domino. Viri, diligite *1. Pet. ii. c*
vxores, & nolite amari es- *1. Pe. ii. c*
se ad illas. Filii, obedite
parentibus per omnia: hoc
enim placitum est in dño.
Patres, nolite ad indigna-
tionem prouocare filios
vestros, vt non pusillo
animo fiant. Serui, obe-
dite per omnia dominis
carnalibus, non ad ocu-
lum seruientes, quasi ho-
minibus placentes, sed in
simplicitate cordis, timen-
tes deū. Quodcūq; facitis,

Πρὸς τοὺς Καλοσακεῖς .
ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε , ὡς πρὸ
κυρίου , καὶ οὐκ ἀνθρώποις ,
ἰδοὺτες , ὅτι ἀπὸ κυρίου ἂν
πολήμεσθε τιμὴν ἀνταπόδοσιν —
σιν τῆς κληρονομίας , τῷ γὰρ
κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε . ὁ
δὲ ἀδικῶν κομιᾶται ὃ ἢ —
δίκασε , καὶ οὐκ ἔστι προ—
σωποληψία .

Οἱ κύριοι τὸ δίκαιον καὶ
τιμὴν ἰσοότητα τῶν δούλων πα—
ρέχετε , ἰδοὺτες , ὅτι καὶ ὑ—
μεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρα—
νοῖς . Τῇ προσυχῇ προς—
κατερεῖτε , γενομενῶν ἐν
αὐτῇ ἐν ἀχαρισίᾳ , προ—
σαχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡ—
μῶν , ἵνα ὁ θεὸς ἀνοιξῇ ἡ—
μῖν θύραν τοῦ λόγου , λαλή—
σαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ ,
ὃ ἰδοὺ καὶ δέδεμαι , ἵνα φανερώ—
σω αὐτὸ , ὡς δεῖ με λαλήσαι .
ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς
ἔξω , τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμε—
νοι . ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν
χαρίτι ἀλατὶ ἡρυμένῳ ,
ἰδοὺτε πῶς δεῖ ὑμᾶς ἐνὶ
ἐκάστῳ ἀποκρίνεσθαι . Ταῦτα κατ'
ἔμε πάντα γνωρίσει ὑμῖν τυ—
χικός ὁ ἀγαπητὸς ἀδελ—
φός , καὶ πιστὸς διάκονος καὶ
σωτήρ σου ἐν κυρίῳ , ὃν ἔ—
πεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦ—
το , ἵνα γινῶ τῆς περὶ ὑμῶν ,

editio posterior
ex aīo facite , tanq̄ dño , &
non hoībus : scientes , qđ à
dño recipietis mercedem
hcreditatis . nā dño Ch̄ro
seruitis . Ceterum , qui pec—
carit reportabit peccatum
suum , & non est personarū
respectus .

Vos domini æquitatem &
æqualitatem seruis exhibe—
te , scientes quod & vos ha—
beatis in dominum in coe—
lis . Obsecrationi instate , vi—
gilantes in ea cum gratia ,
rum actione orantes simul
& pro nobis , vt deus aper—
riat nobis ostium sermo—
nis , vt loquamur mysteriū
Christi : propter quod & vi—
ctus sum , vt manifestem il—
lud , sicut oportet me loq̄ .
Sapienter ambulate erga
extraneos , opportunitatē
redimentes . Sermo vester
semper cum gratia sit sale
conditus , vt sciatis quomo—
do oporteat vos vniciq̄
respondere . De omnibus
rebus meis certiores vos
faciet . Tychicus , dilectus
frater , & fidus minister , &
conseruus in domino , quē
misi ad vos in hoc ipsum ,
vt cognoscat quid agatis ,

Ex animo operamini tanq̄
dño, & non hominibus,
scientes q̄ à dño recipie-
tis retributionem hæredi-
tatis. Nam dño Christo ser-
uitis : qui autem iniuriam
facit, portabit quod iniu-
ria affecit, & non est perso-
narum acceptio.

Dñi iustitiam & æq̄tatem
seruis exhibete, scientes q̄
& vos dñm habetis in cœ-
lis. Orationi inseruite, vigi-
lantes in ea in gratiarum
actione, orantes simul & p̄
nobis, vt deus aperiatur nobis
portam sermonis ad loquē-
dum mysteriū Christi, pp̄
qđ & vinctus sum, vt ma-
nifestem illud, quæ admo-
dum oportet me loq̄. In sa-
piētia ambulate erga eos,
qui foris sunt, tps emētes.
Sermo vester in gr̄a semp̄
sale cōditus sit, sciēdo quo
p̄cto oportet vos vnicuiq̄
respōdere. Quæ penes me
sunt, certiores oīum vos ef-
ficiet Tychicus dilectus
frater, & fidelis minister,
& conseruus in domino,
quem misi ad vos ad
hoc ipsum, vt cognos-
cat, quæ apud vos sunt.

Ex animo operamini, sicut
dño, & non hoibus, scien-
tes q̄ à dño accipietis re-
tributionem hæreditatis. i. Pet. ij. e
Sap. vi. b
Ro. ij. b
Dño Christo seruite : qui
enim iniuriam facit, reci-
piet id, qđ inique gessit, &
non est personarum acce-
ptio apud deum.

Caput IIII.

Dñi, qđ iustum est & c̄quū
seruis præstate, sciētes q̄ & A
vos dñm habetis in cœlo.
Orationi instate, vigilātes
in ea, in gr̄arū actione, orā-
tes simul & p̄ nobis, vt de-
us aperiat nobis ostium ser-
monis ad loquendum my-
sterium Christi : pp̄ qđ et
vinctus sum, vt manifestē
illud, ita vt oportet me lo-
qui. In sapientia ambulate Eph. vi. 4
ad eos, qui foris sunt, tps
redimētes. Sermo v̄ semp̄
in gratia sale fit cōditus, vt
sciatis quō oporteat vos
vnicuiq̄ respondere. Quæ
circa me sunt, omnia vo-
bis nota faciet Tychicus
charissimus frater, & fide-
lis minister, & conseruus
in domino, quem misi ad
vos ad hoc ipsum, vt co-
gnoscat, quæ circa vos sūt.

Πρὸς τοὺς Κολοσσαίους ᾠ
 καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρ-
 δίας ὑμῶν, σὺ ὀνησίμῳ τῷ
 πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ,
 ὃς ἐστὶν ἐξ ὑμῶν, πάντες ὑ-
 μῖν γνωριούσι τὰ ὧδε.
 Ἀσπάζεταιται ὑμᾶς ἀρισταρχὸς
 ὁ σινοαιχμαλωτὸς μου, καὶ
 μαρκὸς ὁ οὐνεψιὸς βαρναβᾶ,
 περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς.
 εἰάν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξου
 δε αὐτὸν, καὶ Ἰησοῦς ὁ λε-
 γόμενος Ἰουῦς, οἱ ἔντες ἐκ
 περιτεμῆς, οὗτοι μόνοι σωματ-
 γοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ,
 οἵτινες ἐγενήθησαν μοι παρα-
 γορία. Ἀσπάζεταιται ὑμᾶς
 Ἐπαφράς ὁ ἐξ ὑμῶν δούλ-
 ος Χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος
 ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευ-
 χαῖς, ἵνα γῆτε τέλειοι καὶ
 πεπληρωμένοι ἐν πνεύματι τοῦ
 θεοῦ. μαρτυρῶ γὰρ
 αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολ-
 λὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν
 λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱε-
 ροπόλει. ἀσπάζεταιται ὑμᾶς Λου-
 κάς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητὸς,
 καὶ δεήμας. ἀσπάζεται τε τοὺς
 ἐν λαοδικείᾳ ἀδελφοὺς, καὶ
 νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον
 αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ ὅταν ἀ-
 ναγνώσῃ παρ' ὑμῶν ἢ ἐπιστολὴν,
 ποιήσατε, ἵνα καὶ ἐν τῇ λαο-
 δικείᾳ ἐκκλησίᾳ ἀναγνώσῃ,

editio posterior
 & consoletur corda vestra,
 vñ a cum onesimo fido &
 dilecto fratre, qui est ex vo-
 bis: de omnibus vobis ex-
 ponent, quæ hic agantur.
 Salutatur vos Aristarchus cō-
 captivus meus, & Marcus
 consobrinus Barnabæ, de
 quo accepistis mandata:
 si venerit ad vos excipite
 eum: & Iesus, qui vocatur
 Justus, qui sunt ex circun-
 cisione: hi soli cooperarii
 sunt ad regnū dei: qui fue-
 re mihi solatio. Salutatur vos
 Epaphras, qui ex vobis est
 servus Christi, semper an-
 xie laborans pro vobis in
 precationibus, vt stetis per-
 fecti & completi in omni
 voluntate dei. Testimonium
 enim illi perhibeo, quod
 habeat multum studium
 pro vobis, & iis, qui
 sunt Laodiciæ, & iis, qui
 Hieropoli. Salutatur vos Lu-
 cas medicus dilectus, &
 Demas. Salutate fratres,
 qui sunt Laodiciæ, & Nym-
 phā, & quæ in domo illius
 est cōgregationem: & cum
 recitata fuerit à vobis epi-
 stola, facite vt & in Laodi-
 censium ecclesia recitetur

Prior Ad

Et consoletur corda vestra cum Onesimo fide-
li fratre, qui vestras est, omnia vobis nota facient, quæ hic sunt. Salutant vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata, si venerit ad vos, ut suscipiatis eum, & Iesus cognomento Iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli cooperatores ad regnum dei, qui mihi consolationi fuerunt. Salutant vos Epaphras, qui vestras est, seruus Christi, semper certans pro vobis in orationibus, ut persistatis consumati, & repleti in re omni, voluntate dei: testimonium enim illi perhibeo, quod zelum multum habet pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodiciæ, & iis, qui Hierapoli. Salutant vos Lucas medicus dilectus, & Demas. Salutate fratres, qui Laodiciæ sunt, & Nympham, & domesticam eius ecclesiam: & cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut in Laodicensium ecclesia legatur.

Colof. vulgata cap. iiii.

Et consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo & fidei fratre, qui ex vobis est, qui omnia, quæ hic aguntur, nota facient vobis. salutant vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: Si venerit ad vos, suscipite illum: & Iesus, qui dicitur Iustus, qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutant vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. Salutant vos Lucas medicus charissimus, & Demas. **ij. Ti. iij.** Salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur.

Πρὸς τοὺς Κολοσσαίους.
καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, ἵνα
καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. καὶ εἴπα-
τε Ἀρχίππῳ, βλέπε τὴν δια-
κονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ,
ἵνα αὐτὴν πληροῖς. ὁ ἀπα-
σιμὸς τῆ ἐμῆ χειρὶ Παύλου. μνη-
μονάετέ μου τῶν δεσμῶν.
Ἡ χάρις μετ' ὑμῶν. ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ ῥώμης δια-
τυχικοῦ καὶ ὀνησίμου.

editio posterior
& eam, quæ scripta est ex
Laodicia, ut vos quoque les-
gatis: & dicite Archippo:
Vide ministeriū, quod ac-
cepisti in domino, ut illud
impleas. Salutatio mea ma-
nu Pauli. Memores sitis vi-
culorum meorum. Grā vo-
biscum. Amen.

Missæ à Roma per Tychi-
cum, & Onesimum.

Pricr Ad

Col. vulgata cap. iiii.

Et vt vos ea, quæ Laodice-
nſium eſt, legatis: & dici-
te Archippo, vide admini-
ſtrationem, quam ſuſcepi-
ſti in domino, vt eam im-
pleres. Saluatio, mea ma-
nu Pauli. Mementote vin-
culorum meorum. Gratia
vobiscum. Amen.

Et ea, quæ Laodiceſium
eſt, vt vobis legatur. Et di-
cite Archippo, vide mini-
ſterium, quod accepſti in
domino, vt illud impleas.
Saluatio, mea manu Pau-
li. Memores eſtote vinculo-
rum meorum. Gratia dñi nſi Ie-
ſu Chriſti vobiscum. Amen.

Scripta Romæ. Miſſa per
Tychicum & One-
ſimum.

Epistoła Beati Pauli
ad Coloffenses
explicit.

Πρὸς Θεσσαλονικαῖς
ἐπιστολὴ Παύ-
λου πρώτη.

Ad Thessalonicenses epla
Pauli prima. Cap. I.

ΠΑΥΛΟΣ καὶ σιλvanos
vός καὶ τιμόθεος, τῆ
ἐκκλησίᾳ θεσσαλονικέ-
ων, ἐν θεῷ πατρὶ καὶ κυ-
ρίῳ Ἰησοῦ χριστῷ. χά-
ρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ
πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ
χριστοῦ. ἀχαριστοῦμεν τῷ θεῷ
πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν,
μνῆσιν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν
προσυχῶν ἡμῶν, ἀδιαλείπτως
μνημονύοντες ὑμῶν τῷ ἔργου
τῆς πίστεως καὶ τῷ κόπῳ τῆς ἀ-
γάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλ-
πίδι τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ
χριστοῦ, ἔμπροσθεν τῷ θεῷ καὶ
πατρὸς ἡμῶν, εἰδοῦτες ἀδελ-
φοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ θεοῦ τὴν
ἐκλογὴν ἡμῶν, ὅτι τὸ ἀγγελί-
ον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑ-
μᾶς ἐν λόγῳ μόνον. ἀλλὰ καὶ
ἐν δυνάμει, καὶ ἐν πινάκτι
ἀγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολ-
λῇ, καθὼς οἴσασθε, οἳ οἱ ἐγε-
νήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς καὶ
ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθη-
τε, καὶ τῷ κυρίῳ, δεξιόμενοι
τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ με-
τὰ χαρᾶς πινάκτι ἀγίου.

PAVLVVS & Syluan^o
& Timotheus eccle-
sia Thessalonicēsiū,
in deo patre & domino Ie-
su Christo. Gratia vobis &
pax à deo patre nostro &
dño Iesu Christo. Gratias
agimus deo semper de o-
mnibus vobis, mētionem
vestri facientes in precibus
nostris, indefinenter me-
mores vestri propter opus
fidei ac laborem charita-
tis: & quod permansistis in
fide spe domini nostri Ie-
su Christi, ccrā deo p̄re no-
stro: sciētes fratres dilecti à
deo, electionē vestrā: quo-
niam euāgelium nostrum
fuit erga vos nō per sermo-
nem solum, verū etiam per
virtutem, & per spiritum
sanctum, perq; certitudi-
nem multam: quemadmo-
dum nostis, quales fueris-
mus inter vos, vestra cau-
sa. Et vos imitatores nostri
facti fuistis & dñi, recipien-
tes s̄monē cū afflictōe mul-
ta, cum gaudio spūs sancti,

Epistola Beatissimi Pauli
Apostoli ad Theſſalonicenſes.

Epistola Pauli ad Theſſalonicenſes prima.
Caput I.

PAVLVS & Siluanus
& Timotheus, eccle-
ſiæ Theſſalonicen-
ſium in deo patre, & dño
Ieſu Chriſto, gratia vobis,
& pax à deo patre noſtro,
& dño Ieſu Chriſto. Gra-
tias agimus deo ſemp pro
oibus vobis, memoriã ve-
ſtri faciẽtes in orationibus
noſtris, aſidue memores
operis fidei veſtrę, & labor-
is dilectionis, & expecta-
tionis ſpei dñi noſtri Ieſu
Chriſti, coràm deo & pa-
tre noſtro. Scitis fratres di-
lecti veſtram à deo electio-
nem, q̃a euangelium no-
ſtrum non fuit ad vos in
ſermone ſolum, ſed & in
potestate, & in ſpiritu ſan-
cto, & in certitudinis pleni-
tudine multa, quemadmo-
dũ ſcitis quales fuerimus
in vobis propter vos, &
vos imitatores noſtri fui-
ſtis, id eſt dñi, ſuſcipientes
ſermonem in preſſura mul-
ta, cũ gaudio ſpiritus ſãcti.

PAVLVS, & Siluan⁹, A
& Thimotheus, ec-
cleſiæ Theſſalonicę
ſium in deo patre noſtro
& domino Ieſu Chriſto gra-
tia vobis & pax. Gratias
agimus deo ſemper pro o-
mnibus vobis: memoriã
veſtri facientes in oratio-
nibus noſtris ſine intermiſ-
ſione, memores operis fi-
dei veſtrę, & laboris, &
charitatis, & ſuſtinentiæ
ſpei domini nri Ieſu Chri-
ſti, ante deum & patrem
noſtrum. Scientes fratres
dilecti, à deo electionem B
veſtram: quia euangelium
noſtrum non fuit ad vos
in ſermone tantum, ſed
& in virtute, & in ſpiritu
ſancto, & in plenitudine
multa, ſicut ſcitis quales
fuerimus in vobis propter
vos. Et vos imitatores
noſtri facti eſtis, & domi-
ni: excipientes verbum
in tribulatione multa, cum C
gaudio ſpiritus ſancti,

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτῃ.
 ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πα—
 σι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ μα—
 κεδονίᾳ καὶ ἄχαϊᾳ. ἀφ' ὑ—
 μῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ
 κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ μακε—
 δονίᾳ καὶ ἄχαϊᾳ, ἀλλὰ καὶ
 ἐν παντὶ τόπῳ, ἢ πίσις ὑ—
 μῶν ἢ πρὸς τὸν θεὸν ἐξελέλυ—
 θεν, ὥστε μὴ χρεῖσθαι ἡμᾶς ἔ—
 χειν λαλεῖν τί. αὐτοὶ γὰρ πε—
 ρὶ ὑμῶν ἀπαγγέλλουσιν, ὅ—
 ποιῶν εἰσοδὸν ἔρχομεν πρὸς
 ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεσρέψατε
 πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν ἐσθώ—
 λων, δουλεύειν θεῷ ζῶντι,
 καὶ ἀληθινῷ, καὶ οὐκ ἐκείνῳ τὸν
 ἦδον αὐτῷ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν
 ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, Ἰησοῦν τὸν
 ἐνὸς μόνον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς
 τῆς ἐρχομένης. Αὐτοὶ γὰρ
 οἴδατε ἀδελφοὶ πλὴν εἰσοδὸν
 ἡμῶν πλὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ
 κενὴ γέγονεν, ἀλλὰ καὶ προ—
 παιδόντες καὶ ὑβριζόντες, καὶ
 δῶς οἴδατε ἐν φιλίπποις ἐ—
 παρκρητικαίσα μὲτα ἐν τῷ θεῷ
 ἡμῶν, λαλήσαι πρὸς ὑμᾶς
 τὸ ἀγγελίον τοῦ θεοῦ ἐν πολ—
 λαῖς ἀγῶνι. ἢ γὰρ παρκρήσις
 ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ
 ἀκαταστάσεως, οὔτε ἐν δό—
 λῳ, ἀλλὰ καθὼς δεδο—
 κίμασμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πι—
 σαθῆναι τὸ ἀγγέλιον,

editio posterior
 adeo vt fueritis exēplo oī
 bus credētib' ī Macedōia
 & Achaia. A vobis. n. pto
 nuit bmo dñi, non solū in
 Macedonia & Achaia: ve
 rū etiā in oī loco fides ve
 stra, quæ est in deū, dima
 nauit, vt non fit nobis ne
 cesse loq qcq̄. Siquidē ipī
 de vobis annūciāt, qualē
 ingressum habuerimus ad
 vos, & quō cōuerfi fueritis
 ad deū à simulachris, vt
 suiretis deo viuēti, & vera
 ci, & expectaretis filiū eius
 de coelis, quem excirauit à
 mortuis Iesum, qui liberat
 nos ab ira ventura.
 Nam ipfi nostis frēs introi
 tum nostrum ad vos, quod
 non fuerit inanis, sed qđ
 ante malis afflictī, & con
 tumeliis affectī, quemad
 modum scitis, Philippis,
 audacter egerimus in dño
 nostro ad loquēdū apud
 vos Euangeliū dei, in mul
 to certamine. Siquidem
 exhortatio nostra nō fuit
 ex impostura, neq; ex im
 munditia, neq; cum dolo:
 sed quēadmodum p̄bati
 fueramus à deo, vt nobis
 cōmitteretur Euāgelium,

Ita vt fueritis exemplum
oibus credentibus in Ma
cedonia & Achaia. A vo
bis enim diuulgatus est ser
mo dñi, non solum in Ma
cedonia & Achaia, verum
etiam in oëm locum fides
vestra, quæ est erga deum,
plata est, ita vt nobis nul
la incumbat necessitas quæ
quam loqui: ipsi enim pro
nobis annunciat, qualem
ingressum habuerimus ad
vos, & quo pacto conuersi
fueritis ad deũ ex idolis,
ad seruiendum deo viuo
& vero, & expectandum fi
lium eius de coelis, quem
suscitauit ex mortuis, Ie
sum, qui eripit nos ab ira,
quæ venit.

Ipsi enim scitis fratres in
gressum nostrum, qui fuit
ad vos, & non inanis fuit,
sed ante perpessi, & contu
meliis affecti Philippis,
quæadmodum scitis, fidu
cia in deo nro freti sumus lo
quæ ad vos euāgeliũ dei in
multo studio. nã exhortatio
nra nõ ex errore, neq; ex i
mũditia, neq; in dolo, s; quæ
admoũd p̄bati sumus à deo,
vt crederet nobis euāgeliũ.

ita vt facti sitis forma o
mnibus credentibus in Ma
cedonia & in Achaia. A
vobis enim diffamatus est
sermo domini: non solum
in Macedonia, & Achaia,
sed & in omni loco fides
vestra, quæ est ad deum,
profecta est, ita vt non sit
nobis necesse quicquam
loqui. Ipsi enim de nobis
annunciant, qualem introi
tum habuerimus ad vos:
& quomodo conuersi estis
ad deum à simulachris ser
uire deo viuo & vero, &
expectare filium eius de
coelis, quem suscitauit ex
mortuis, Iesum, qui eripu
it nos ab ira ventura.

Caput. II.

Nam & ipsi scitis fratres
introitum nostrũ ad vos,
quia nõ inanis fuit: sed an
te passi multa, & cõtume
liis affecti, (sicut scitis) in
Philippis, fiduciam habui
mus in deo nostro loquæ ad
vos euāgeliũ dei, in multa
solicitudine. Exhortatio. n.
nra, nõ de errore neq; de
imũditia, neq; in dolo: sed
sicut p̄bati sumus à deo, vt
crederet nobis euāgeliũ,

Πρὸς Θεσσαλονικεὺς πρώτη.
οὕτως λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἄνθρωποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ θεῷ, τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. Οὐτε γὰρ ποτε ἐν λόγῳ καλοκίας ἐγενήθημεν, καθὼς οἱ δάσκετε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, θεὸς μάρτυς, οὔτε ζητούντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων, διωκόμενοι ἐν βάρει εἴμου, ὡς χριστοῦ ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐγενήθημεν ἥποιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἀντροπὸς δάκλων τῆ ἐαυτῆς τέκνα, ὄντως θμερόμενοι ὑμῶν, ἀδοκούμενοι μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ ἀγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐαυτῶν ψυχὰς, διότι ἀγκυπτοὶ ἡμῖν γενήθημεν. Μνημονεύετε λοιπὸν ἀδελφοί τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον. νυκτὸς λοιπὸν καὶ ἡμέρας ἐσκαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβραβεῖσθαι τινὰ ὑμῶν, ἐκρούξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ ἀγγέλιον τοῦ θεοῦ; ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεός, ὡς ὁσίως, καὶ δικαίως, καὶ ἀμέμπως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. καθάπερ οἴδατε, ὡς ἔνεκ ἔκασον ὑμῶν, ὡς πατρὸς τέκνα ἐαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μετρηόμενοι εἰς τὸ περιπατεῖσθαι ὑμᾶς ὡς ἡμῶν ὡς ἡμῶν;

editio posterior
ita loquimur, non ut hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nra. Neque enim unquam per sermonem adulationis versati sumus, quem admodum nostis: nec per occasionem avaritiae, deus est testis, neque querentes ex hominibus gloriam, nec a vobis, nec ab aliis, cum possemus in auctoritate esse, tamquam apostoli Christi: sed fuimus placidi in medio vestri, prout ac si nutritrix foueat suos filios: sic affectu propensum in vos, accipiebamus impartire vobis, non solum euangelium dei, verum etiam nostras ipsorum animas, propterea quod chari nobis facti estis. Memistis. n. fratres laboris nri, ac sudoris. Nocte. n. ac die opus facientes ob id, necui vimum essemus oneri predicauimus apud vos euangelium dei. Vos autem testes estis & deus, qui scit & iuste & inculpate vobiscum, quae credebatis, versati fuimus quem admodum nostis, ut erga unumquemque vestrum, tamquam patrem erga filios suos fuerimus affecti: obsecrates vos & consolantes & obtestates, ut ambularetis digne deo,

Prior Ad
Hunc in modum loquimur,
non vt hoibus placentes,
sed deo, qui probat corda
nostra. Neq; enim vnq; in
sermone assentationis fui-
mus, vt scitis, neq; in ppo-
sito auaritię, deus testis est,
neq; quærentes ab hoibus
gloriam, neq; à vobis, neq;
ab aliis. Cum potuiffemus
oneri esse vt Christi apli,
facti tñ sumus quieti in me-
dio vestri, tanq; si nutrix fo-
ueret eos, qui sui ipsius, es-
sent, filios, tali pacto affe-
cti ad vos, bonam volūta-
tem habemus impartiri vo-
bis, non solum euāgelium
dei, sed & aīas nostras, qd
dilecti nostri facti estis. Me-
mīnistis enim fratres labo-
ris nostri & fatigationis.
Nam nocte & die operaba-
mur, ne cuiq; vestrum gra-
uamini essemus, prædica-
uimus in vobis euāgeliū
dei, vos testes estis, atq; de-
us, q̄ sancte & iuste & irrep-
hēsbilit vobis, q̄ creditis af-
fuimus, quē admodū scitis,
q̄ quēq; vestrū (vt pater fi-
lios suos) hortati sumus, &
vos cōsolati & p̄testati vt
ābularetis dignitate dei.

Thef. vulgata cap. i.
ita loquimur, non quasi
hominibus placentes, sed
deo, qui probat corda no-
stra. Neque enim aliquan-
do fuimus in sermone adu-
lationis, (sicut sanctita-
tis) neq; in occasione aua-
ritię, deus testis est: nec
quærentes ab hominibus
gloriam, neq; à vobis, neq;
ab aliis, cum possemus vo-
bis oneri esse, vt Christi
apostoli: sed facti sumus
paruuli in medio vestri,
tanquam si nutrix foueat
filios suos. Ita desideran-
tes vos cupide, voleba-
mus tradere vobis, non
solum euangelium dei, sed
etiam animas nostras: quo-
niā charissimi nobis facti
estis. Memores. n. estis frēs
laboris nri, & fatigationis:
nocte & die operantes: ne,
quē vrm grauaremus: p̄di-
cauimus i vobis euāgeliū
dei. Vos testes estis & de-
us, q̄ sancte, & iuste, & sine q̄re-
la, vobis q̄ credidistis, affui-
mus: sicut scitis q̄liter vnū
quēq; vrm (sicut p̄ filios
suos) deprecantes vos, & cō-
solantes, testificati sumus,
vt ambularetis digne deo,

Act. xx.
i. Cor. iiij.
c
j, The. ii.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη.
 τῷ καλοῦτος ὑμᾶς εἰς τὴν εὐα-
 γελίαν καὶ εὐαγγελίαν καὶ εὐαγγελίαν .
 διὰ τῆς τοῦ καὶ ἡμεῖς ἀχα-
 ριστοῦμεν τῷ θεῷ ἀδικη-
 τῶν, ἐπιπαρολαβόντες λό-
 γον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ,
 ἐδέξατο οὐ λόγον ἀνθρώ-
 πων, ἀλλὰ κατὰ εὐαγγελίαν ἀ-
 ληθῶς λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐ-
 νεργεῖται ἐν ὑμῖν τῆς πί-
 στως. ὑμεῖς γὰρ μικτὰ
 ἐγενήθητε ἀδελφοί τῶν ἐκκλη-
 σιῶν τοῦ θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ
 Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι
 πεποιθὲς ἐπαύσατε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ
 τῶν Ἰσραὴλ συμφλυτῶν, κα-
 τὰ καὶ αὐτῶν ὑπὸ τῶν Ἰου-
 δαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀπο-
 κτανάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς Ἰδι-
 οὺς προφήτας, καὶ ἡμεῖς ἐκ δίω-
 ξάντων, καὶ θεῶν μὴ ἀρεσκόντων,
 καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίον,
 κωλύοντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσιν λα-
 λῆσαι, ἵνα, σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀνα-
 πληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἀμαρτίας
 πάντοτε. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοῦ
 ἡ ὄργη εἰς τέλος. ὑμεῖς δὲ ἀδελ-
 φοί ἀποφεύγετε τὸ εὐαγγελίον
 πρὸς κενὸν ὡς πρὸς προσω-
 πον, οὐ κατὰ εὐαγγελίαν, περιεσπέν-
 τως ἐπαουδάσαμεν τὸ πρῶ-
 τωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολ-
 λῇ ἐπιθυμίᾳ. διὸ ἡμεῖς
 ἐβουλόμασθα ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς,

editio posterior
 qui vocasset vos in suum
 regnum ac gloriam. Quia
 propter & nos gratias agi-
 mus deo indefinenter: quod
 cum acciperetis sermones,
 à nobis, quo deum disce-
 batis, accepistis non sermo-
 nem hominum, sed sicut
 erat vere sermonem dei,
 qui & agit in vobis cre-
 dentibus. Vos enim imi-
 tatores facti estis fratres,
 ecclesiarum dei, quæ sunt
 in Iudæa, in Christo Iesu:
 quod eadem passi sitis &
 vos à propriis contribuli-
 bus, quemadmodum & ipsi
 nos à Iudæis: quæ ut & do-
 minum occiderunt Iesum,
 & proprios prophetas, ita
 & nos persecuti sunt, &
 deo non placent, & oibus
 hoibus aduersant, qui ob-
 sistunt nobis, ne loquamur
 vobis, quo salui fiant, ut
 expleant sua peccata sem-
 per. Peruenit autem in illos
 ira in finem. Cæterum nos
 fratres, orati vobis ad spa-
 tium temporis aspectum, non con-
 ce de vehementius studuimus
 videre faciem vestram, cum
 multo desiderio. Quare
 voluimus venire ad vos,

Qui vos vocat in suum regnum & gloriam. Quapropter & nos gratias agimus deo assidue ꝓ suscipiētes sermonem auditionis dei à nobis, suscepistis non sermonem hominum, sed (vt reuera est) sermonem dei, q̄ & operatur in vobis, qui creditis. Vos enim imitatores facti estis fratres, ecclesiarum dei, quę sunt in Iudęa in Christo Iesu, quę eadem passi estis & vos à propriis contribulibus, vt & ipsi à Iudæis, & iis, qui dominum Iesum occiderunt & proprios prophetas, & nos persecuti sunt, qui & deo non placent, & omnibus hominibus contrarii sunt, & nos gentibus loqui, vt saluentur, prohibent in augmentum peccatorum suorum semper, & superuenit in eos ira vsque in finem. Nos autem fratres orati vobis ad horam temporis, facie non corde, vrgentius studuimus, vt faciem vestram videremus multo cum desiderio, quia volumus venire ad vos.

Thef. vulgata cap. ii. qui vocauit vos in suum regnum, & gloriam. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus dei, accepistis illud, nō vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. vos enim imitatores facti estis fratres, ecclesiarum dei, quę sunt in Iudęa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à iudicis, qui & dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent: & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibus loqui, vt salui fiant, vt impleant peccata sua semper. peruenit enim ira dei sup illos vsq; in finē. Nos autē fratres desolati à vobis ad tempus horę, aspectu, non corde: abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio, quoniam volumus venire ad vos,

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη.

ἐγὼ μὲν παῦλ^{ος}, καὶ ἄπαξ
καὶ δῖς, καὶ ἐπέκοψεν ἡμῶς ὁ
Σατανᾶς. Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλ-
πίς, ἢ χαρὰ, ἢ σέφαν^{ος} καὶ
χίσεως, ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς, ἔμ-
προδῶν τῷ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ, ἐν τῇ αὐτῷ παρουσίᾳ;
Ἑμεῖς γὰρ ἐσεῖ ἢ δόξα ἡμῶν
καὶ ἡ χαρὰ. Διὸ μῆκέτι
σέγοντες ἀδοκίσαμεν κατελι-
φένου ἐν ἀθήνοις μόνι, καὶ
ἐπέμφαμεν τιμόθεον τὸν ἀ-
δελφὸν ἡμῶν, καὶ δικάκο-
νον τῷ θεοῦ, καὶ σωτηριῶν
ἡμῶν ἐν τῷ ἀγγελίῳ τῷ
χριστοῦ, εἰς τὸ σπείρειν ὑ-
μῶν, καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς
περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν, τῷ
μυστήριον σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλί-
ψεσι ταύταις. αὐτοὶ γὰρ αἴ-
σθησαν, ὅτι εἰς τὸτο κείμεθα.
καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν,
προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλ-
λομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ
ἐγένετο καὶ οἴσθητε. Διὸ
τὸτο καὶ γὰρ μῆκέτι σέγων, ἔ-
πεμψα εἰς τὸ γνωθῆναι τὴν πί-
στιν ὑμῶν, μήπως ἐπέρασαν
ὑμᾶς ὀπειράζων, καὶ εἰς κε-
ρὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.

Ἄρτι δὲ ἐλθόντ^{ος} τιμοθέου
πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἀνα-
γγελισθέντων ἡμῖν τὴν πίστιν,
καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν.

editio posterior

ego quidem Paulus, & se-
mel & iterum, & obstitit
nobis satanas. Nam quæ
est nostra spes, aut gaudiū
aut corona gl'iationis: an
nō & vos, in cōspectu dñi
nri Iesu Chri, in eius ad-
uentu? Vos. n. estis gloria
nostra & gaudium.

Proinde cum non ampli-
us ferremus, visum est no-
bis, vt Athenis residere-
mus soli, ac misimus Tim-
otheū fratrem nrm, & mi-
nistrum dei, & adiutorem
opis nri in euāgelio Chri-
sti, vt cōfirmaret vos, & cō-
solaretur vos de fidē nra,
ne q̄squā turbaret in affli-
ctionibus his. Nā ipsi nos-
tis, nos in hūc vsum po-
sitos esse. Etenim cū apud
vos essem, p̄dicabam^{us} vo-
bis fore. vt afflictionē pate-
remur, quæ admodū & eue-
nit, & nostis. Quapp & ego
non amplius ferēs, nisi ad
hoc, vt cognoscerē fidem
vram: neq̄ pacto tētas-
set vos ille, q̄ tētat, & ianis fa-
ct^{us} eēt labor nr. Nup̄ at̄ cū
venisset Timothe^{us} ad nos
à vobis, & anūciasset nob̄
fidē ac dilectionē vram:

Prior Ad
Ego quidem Paulus & se-
mel atq; bis, sed impediuit
nos satanas. Quæ est enim
nostra spes, aut gaudium,
aut corona glorificationis?
Nonne & vos in cõspectu
dñi nostri Iesu, in aduen-
tu eius? Vos enim estis glo-
ria nostra & gaudium.
Quapropter non amplius
ferentes, voluimus relinq
soli Athenis, & misimus
Timotheum fratrem no-
strum, & ministrum dei, &
cooperatorem nostrum in
euangelio Christi, vt con-
firmaret vos, & consolare-
tur vos in fide vestra, vt
nemo adulationi cederet
in his pressuris. Ipsi enim
scitis q̄ ad hoc positi su-
mus. Etenim qñ apud vos
eram, prædiximus vobis
q̄ dēbamus pressuras pa-
ti, quēadmodū & factū est,
& scitis. Hæc ob rē nō am-
plius ferēs, nisi ad cogno-
scēdam fidē vram, nequo
pacto tentauerit vos tenta-
tor, atq; irritus fuerit labor
noster. Cum aut nup venis-
set à vobis Timotheus ad
nos, & annunciaffet nobis
fidem & dilectionē vram.

Thef. vulgata cap.iii.
Ego quidem Paulus, & se-
mel & iterū, sed impediuit
nos satanas. Quæ est enim
nra spes, aut gaudium, aut
corona gloriæ? Nonne uos
ante dñm nostrum Iesum
Christum estis in aduentu
eius? Vos enim estis gloria
nostra & gaudium.

Caput. III.

Propter qđ nō sustinētes
āplius, placuit nobis rema-
nere Athenis solis, & misi-
mus Timotheū frēm nrm
& ministrū dei in euāgelio
Christi, ad p̄firmādos uos,
& exhortādos p̄ fide v̄ra,
ut, nemo moueat in tribula-
tionibus istis. ipsi enim sci-
tis, q̄ in hoc positi sumus.
Nam & cū apud uos esse-
mus, prædicebamus uobis
passuros nos tribulatiōes,
sicut & factum est, & scitis.
Propterea & ego amplius
non sustinens, misi ad cog-
noscedam fidem uestrā,
ne forte tentauerit uos is,
qui tentat, & inanis fiat
labor noster. Nunc au-
tem ueniente Timotheo
ad nos à uobis, & an-
nunciante nobis fidem,
& charitatem uestram.

A

Act. xvi

B

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτῃ.
 καὶ ὅτι ἔχετε μνησθῆναι ἡμῶν
 ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦν-
 τες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ
 ἡμεῖς ὑμᾶς. διὰ τὸ το πάρε-
 κλήθημεν ἀδελφοὶ ἐν ὑμῖν, ἐπὶ
 πίσει τῇ θλίψει, καὶ ἀνάγκῃ
 ἡμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πί-
 στως. ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐάν
 ὑμεῖς σῆκετε ἐν κυρίῳ. Ἰτα-
 γὰρ ἀχαρισίαν δοῦναι τῷ
 θεῷ οὐκ ἐπιποθοῦμεν περὶ ἡ-
 μῶν ἐπὶ πίσει τῇ χαρᾷ, ἢ χαί-
 ρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ θυ-
 ὑμῶν, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερ-
 σκεπτασθῆναι θεόμενοι, εἰς τὸ
 ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ
 κατακρίσασθαι τὰ ὑστερήματα τῆς
 πίστεως ὑμῶν. αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς
 καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ κύριος
 ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς κατα-
 δοῦναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς
 ὑμᾶς. ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεον-
 νάσαι καὶ περιστάσαι τῇ ἀ-
 γάπῃ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάν-
 τας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑ-
 μᾶς, εἰς τὸ σκεῖσαι ὑμῶν τὰς
 καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἀγίῳ ὑ-
 ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πα-
 τρός ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ
 κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, μετὰ
 πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

Τοῦ λοιποῦ οὖν ἀδελφοί,
 ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρα-
 καλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ,

editio posterior

& quod habeatis memo-
 riam nostri bonā semp, de-
 siderantes nos videre quē
 admodū nos quoq; vos.
 Idcirco consolationē ac-
 cepimus fratres p vos sup
 oi afflictioe & necessitate
 nra per vram fidem. Qm
 nunc vivimus, si vos statis
 in dño. Quā enim gratias
 rum actionē possum? deo
 rependere de vobis super
 omni gaudio, qd gaude-
 mus pp vos in conspectu
 dei nri, nocte ac die supra
 modum orantes, vt videa-
 mus vestram faciē, & sup-
 pleamus quæ defunt fidei
 vestræ? Iple vero deus pī
 noster, & dñs noster Iesus
 Christus diriget viā nram
 ad vos: vos aut dñs abun-
 dātes & exuberātes faciat
 mutua iter vos charitate,
 & in oēs, quē admodum &
 nos in vos, vt ῥfirmet cor-
 da vestra irreprehēsbilia
 in sanctimoniā corā deo
 & patre nro, i aduētū dñi
 nostri Iesu Christi, cum o-
 mnibus sanctis eius.

Quod superest igitur frēs,
 rogamus vos, & adhorta-
 mur per dominum Iesum

Prior Ad

Et ꝑ bonam nostri habetis memoriam, semp nos desiderantes videre, quē admodum & nos, vos: hac de re consolati sumus o' fratres in vobis per fidem vestram in oī pressura & necessitate nostra, qa nūc viuimus, si vos stabiles steteritis in dño, quam enim grāe actionem possumus deo rependere ꝑ vobis, in oī gaudio, quo exultamus ꝑꝑ vos in spēctu dei nrī, nocte ac die supabūdāter orātes vt videamus faciē vram, & ꝑficiamus ea, quę defunt fidei vře? Ipse autē deus & ꝑr noster, & dñs noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos: vos autem dñs plus habere faciat, & faciat abundare dilectione mutua, & ad oēs, quē admodum & nos ad vos, ad cōfirmanda corda vestra irreprehensibilia in sanctitate coram deo & patre nostro in aduentum dñi nrī Iesu cum omnibus sanctis eius.

Deinceps igitur fratres rogamus vos, & obsecramus in domino Iesu.

Thef. vulgata cap. liii.

Et quia memoriam nostri habetis bonam, semp desiderantes nos videre, sicut & nos quoq; vos, ideo consolati sumus fratres in vobis in oī necessitate & tribulatione nostra per fidem vřam, qm̄ nunc viuimus, si vos statis in dño. Quam enim gratiæ actio-
nem possumus deo retribuere pro vobis in oī gaudio, quo gaudemus ꝑꝑter vos ante deum nostrū, nocte ac die, abundantius orātes, vt videamus faciē vestram, & cōpleamus ea, quę defunt fidei vře? Ipse autē deus & pater nr̄ dñs Iesus Christus, dirigat viam nr̄am ad vos: vos autē dñs multiplicet, & abundare faciat charitatē vřam in inuicē, & in oēs, quē admodū & nos in vobis, ad cōfirmanda corda vřa sine gr̄ela, in sanctitate añ deū & ꝑrem nr̄m, i aduētū dñi nrī Iesu Christi, cum oībus sanctis eius. Amen.

Caput IIII.

De cætero ergo fratres, rogamus vos, & obsecramus in domino Iesu.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη. .
 καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν,
 τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν,
 καὶ ἀρεσθῆναι θεῷ, ἵνα περι-
 αλάτῃτε μᾶλλον. οἴδατε, γὰρ
 τίνες παραγγελίας ἐδώκα —
 μὲν ὑμῖν διὰ τοῦ κυρίου Ἰη-
 σοῦ. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα
 τοῦ θεοῦ, ὁ ἁγιοσμός ὑμῶν,
 ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς
 πορνείας, εἰδέναι ἕκαστον ὑ-
 μῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῖσθαι καὶ
 δεῖν ἐν ἁγιοσμῷ καὶ πνεύ-
 μι ἐν πάσαι ἐπιθυμίαις, καὶ
 θαύμα καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ
 εἰδότες τὸν θεόν, τὸ μὴ ὑ-
 περβῶναι καὶ πλεονεκτεῖν ἐν
 τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν
 αὐτοῦ, διότι ἐκδικῆσθαι κύ-
 ρισθαι περὶ πάντων τούτων,
 καθὼς καὶ προέπαυσα ὑμῖν,
 καὶ διεμαρτυράμεθα. οὐ γὰρ
 ἐκάλεισεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπὶ ἀ-
 καθαροσίχῃ, ἀλλ' ἐν ἁγιοσμῷ.
 τοιγαροῦν ἀθετῶν, οὐκ ἀν-
 θρώπων ἀθετῶν, ἀλλὰ τὸν θεόν,
 τὸν δίδόντα τὸ πνεῦμα τὸ ἁ-
 γιον αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς. περὶ
 δὲ τῆς φιλαδελφίας, οὐ χρεῖ-
 σεν ἔχετε γράφειν ὑμῖν, αὐ-
 τοῖ γὰρ ὑμεῖς θεοδιδάκτοι
 ἔστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλή-
 λους. καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ
 εἰς πάντας τοὺς ἀδελφούς,
 τῶν ἐν ὅλῃ τῇ μακεδονίᾳ.

editio posterior
 quemadmodum accepistis à
 nobis, quomodo oporteat
 vos versari, & placere deo
 ut abūdetis magis. Nostis
 enim quæ præcepta dede-
 rimus vobis per dominū
 nostrum Iesum. Hæc enim
 est voluntas dei, sanctifica-
 tio vestra, ut abstinēatis à
 scortatione. & sciat unus-
 quisque vestrum suum vas
 possidere cum sanctifica-
 tione & honore, non cum
 affectu cōcupiscētis, quē-
 admodum & gentes, quæ
 non nouerūt deum. Neque
 opprimat ac fraudet in ne-
 gocio fratrem suū, propterea
 quod ultor est dñs de om-
 nibus his: quemadmodū
 & ante diximus vobis, ac
 testati sumus. Nō. n. voca-
 uit nos de' imunditiæ cā,
 sed ad sanctificationē. Pro-
 ide q̄ reicit, nō reicit ho-
 minē, sed deū, q̄ dedit spi-
 ritum suum sanctū in vos.
 Cæterū de fraterna chari-
 tate nō necesse habetis ut
 scribā vobis: Ipsi nāq; di-
 uinitus docti estis, ut dili-
 gatis vos inuicē. Nā & fa-
 citis hoc erga cūctos frēs,
 q̄ sunt ī tota Macedonia.

Prior Ad
Quemadmodum accepistis à nobis, quò oportet vos ambulare & placere deo, ut abundetis magis. Scitis enim, quæ præcepta dederimus vobis p̄ dñm Iesum. hæc enim est volūtas dei, sanctificatio uestra, ut uos abstineteis à fornicatione, ut sciat quisq; uestrum uas suum possidere in sc̄tificatione & honore, non in p̄turbatione ꝑcupiscentiæ, ut & gentes, quæ nesciunt deum, ut nequis supplantet & circūueniat in re aliqua fratrem suum, quia uindex ē dñs de his omnibus, ut prædiximus uobis & protestati sumus. non enim uocauit nos deus ad immunditiam, sed ad sanctitatem. Igitur qui contemnit, non hominem contēnit, sed deum, qui & dedit spiritum suum sanctum in uobis. De dilectione autem fraterna, nō indigetis ut scribam uobis. Nam uos ipsi à deo edocti estis, ut diligatis inuicem: etenim hoc facitis ad omnes fratres, qui sunt in Macedonia.

Theſ. uulgata cap. iij.
Ut quemadmodum accepistis à nobis, quò oportet uos ambulare, & placere deo, sic & ambuletis, & abūdetis magis. Scitis enim, quæ præcepta dederim uobis per dñm Iesum. Hæc est enim volūtas dei, sanctificatio v̄ra, ut abstineteis uos à fornicatione, ut sciat vnusq; uestrū uas suum possidere in sanctificatione & honore, nō in passione desiderii, sicut & gētes, quæ ignorant deum, & neq; supgrediat, neq; circūueniat in negotio fratrem suū, qum̄ uindex est dñs de his oībus, sicut prædixim⁹ uobis, & testificati sumus. Nō enī uocauit nos deus in imūditiam, sed in sanctificationē. Itaq; qui hæc spernit, nō hoīem spernit, sed deum, qui ēt dedit spiritū suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere uobis: ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia.

Ro. xij. 6
Eph. v. 6

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη.

ποροκαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, περιαιῶν μᾶλλον καὶ φιλοπιεῖδος, ἡσυχάζειν καὶ προσέειν τῶ ἴδιᾳ, καὶ ἐργάζεσθαι τοῖς ἰδίᾳς χερσὶν ὑμῶν. καθὼς ὑμῖν παραγγέλλομεν, ἵνα περιπατῆτε ἀχαμόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρεῖσθαι ἔχητε.

Οὐδέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί περὶ τῶν κοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποί, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πισάομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη, οὕτως καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἀξίωσιν αὐτῶ. τὸτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου; καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπὸ οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν χριστῷ ἀναστήσονται πρώτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἀρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἔσομεθα.

editio posterior

Obsecramus autē vos fratres, vt abūdetis magis, & in hoc incumbatis, vt quati fitis: & agatis res proprias, & operemini propriis manibus vestris, sicuti vobis precepimus: vt vos gratis honeste erga extraneos, & nulla re vobis sit opus. Cæterum, nolo vos ignorare fratres de iis, qui obdormierunt, ne doleatis, quæadmodum & cæteri non habentes spem. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: sic & deus eos, qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quod nos, qui vivemus, reliqui erimus in adventum dñi, nequaquam pervenimus eos, qui dormiunt. Quia ipse dñs cum hortatu, & voce archangeli, ac tubæ dei descendet de cælo: & mortui in Christo resurgent primum: deinde nos, qui vivemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cum domino erimus.

Prior Ad
Obsecramus autem vos fratres, ut abundetis magis, & pro honore ducatis in silentio vitam transigere, & agere propria, & operari propriis manibus vestris, quemadmodum vobis precipimus, ut ambuletis honeste apud eos, qui foris sunt, ut & nullius indigentiam habeatis. Nolumus autem ut vos ignoretis fratres de dormientibus, ut non contristemini, quemadmodum & ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortem operiit, & resurrexit: hunc in modum deus & eos, qui dormierunt, per Iesum secum adducet. Hoc enim vobis dicimus in sermone domini, quod nos, qui viuimus, qui relinquitur in aduentu domini non praeueniemus eos, qui dormierunt. Quia ipse dominus in iussu, in voce archangeli, & in tuba dei descendet de caelo, & mortui in Christo resurgent primo, deinde nos, qui viuimus, qui relinquitur simul cum ipsis rapiemur in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus.

Thef. vulgata cap. iiii.
Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negocium agatis, & operamini manibus vestris, sicut praecipimus vobis, & ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quod nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentum domini, non praeueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei, descendet de caelo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde & nos, qui viuimus, qui relinquitur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus.

C
10^a. xiiij. d
11. xv. b
i. 10. ii. b
11. iij. d

D
i. Cor. xv

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη.

Ωστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους
ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.

Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ
τῶν καιρῶν ἀδελφοί, οὐ χρεῖ
ον ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι.
αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἶδατε,
ὅτι ἡ ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέ
πτῆς ἐν νυκτὶ, ὄντως ἔρχε
ται. ὅταν γὰρ λέγωσιν, εἰρή
νη καὶ ἀσφάλεια, τότε αὐφνι
δίως αὐτοῖς ἐφίσηται ὁλε
ρθῶ, ὡπερ ἡ ὠδὴν τῆ ἐν γα
στρῆ χούση, καὶ οὐ μὴ ἔκφυ
